BIBLIOTECA NAZ.
Vittorio Emanuele III
XXIX
A
28
NAPOLI

LVX
OBNVBILATA
Suaptè Natura
Refulgens.

LVX OBNVBILATA

Suaptè Natura

REFVLGENS.

Vera

DE LAPIDE PHILOSOPHICO THEORICA,

METRO ITALICO DESCRIPTA,

Et ab Auctore Innominato Commenti gratia ampliata.

Pars Prima.

VENETIIS, M DC LXVI.

Apud Alexandrum Za…

Superiorum Permiſſu, &…

BIBLIOTECA NAZIONALE V. EMANUELE III NA

SERENISSIMO,

ET INVICTISSIMO

FEDERICO TERTIO

Daniæ, Noruegiæ, Vandalorum, Gothorumquæ Regi

Duci Slesuici, Holſatiæ, Stormariæ, ac Dithmarſiæ Comes in Oldenburg, & Delmenhorſt.

ADHUC tenebræ ſuper faciem abyſſus ignorantiæ meæ morabantur; quando, ſpiri-

 tus

tus Diuini nutu, à lethali ſomno expergefactus, lucem videre cœpi: ſalutem ei dixi, adoraui & caram ſuper omnia adamaui. Lucem ſub menſa manere, non decet, ſed ſuper cuſpidem ponere, vt luceat omnibus. Hinc ſuper aureum candelabrum Maieſtatis tuæ, igniculum huncè meum ponere mihi fuit animus, vt ſplendore refulgentis tui diadematis allecti è longinquò in tenebris vagantes, lucis ſcintillam mutuo reciperent, ad maiorem lucem captandam. Indeſinentis itaquè luminoſæ flam-

ma

mæ natura, ſine ſui diminutione ſe ipſam aliȷs communicare: Ita & glorioſiſſimi tui ſplendoris innata facultas erit, ſeſe liberaliter offerre, & impermutabiliter in ſe ipſam vigere. Imminens certè periculum ne lucernæ lumen extinguatur, ſi liberè ad commotas auras committatur; vnde lucidà cryſtallo opus eſt præmuniri, vt ab iniuriȷs ventorum, aliorumque nocentium deffendatur: Pari ratione lumen hoc meum ſi ad auras, abſque tegimine edere curauero, nocua ac pernicioſa agitatione Zoilo-

 rum

rum Fumiuendulorumq; periculum erit, & extingui & diſſipari: vnde implorare mihi decet, vt ſub vmbra alarum tuarum hæc lux ſecurè luceſcat, & ſplendidior, ac illuſtrior appareat. Parui ergo huius muneris oblatum nomini tuo, ne dedigneris ò Rex accipere, & acceptum, animi, innata gratitudine illuſtrare; dum & vota quælibet, & Dij benigno vultu recipere, nec humilitatem offerentis, eorum ſuprema mens nunquam abhorruit. Tu placida fronte, qua geniali inſtinctu liberæ ſeruitu-

tis

tis ad pedes Maieſtatis tuæ dicamus reſpicias, & tui feliciſſimo Imperio per ſemper fœlicem auram precamur.

Digitized by Google

PRAEFATIO
AD
LECTOREM.

Ot, ac tanta de Chymicorum ſcientiâ extant volumina, partim in lucem edita, partim manuſcripta, ut audeam dicere nullam ſcien-

tiam tot habuiſſe auctores, tot Magiſtros, quot Hermetis fuere diſcipuli. Fælix Pater, qui tales filiòs habuiſti; Glorioſus magiſter, qui tales conſectaneos obtinuiſti, ità vt verè Magiſter Magiſtrorum dici mæreris, ſi vnuſquiſquè filiorum tuorum dignus eſt omnium ſcientiarum Magiſter vocari: Sed ſicuti non omnes libri ſunt verorum auctorum partus, non omnes veridici, immò partim mutilati, aut inſpurcati, & quod peius eſt adulterati; non aliunde, ut credo, quam inuidiæ ſtimulo, & im-

impietatis motu illorum, qui aut debilitate eorum ingenij, aut iuſto Dei Iuditio ad hanc menſam accedere non potuerunt.

Præſentium ſæculorum tyranides ità per omnes diffuſa, vt non amplius ætas hominum, ſed brutorum dici meretur; attamen naturà, ſeù Opifex naturæ in clauſtris ſuæ Diuinæ prouidentiæ ſemper aliquem pium hominem ſeruauit. Aliqui remanſerunt immunes ab hoc veneno; aliqui ſe abſconderunt à mors ſerpentis, hij nimirum, qui æneum ſer-

ſerpentem ſupra montem eleuatum viderunt, eiquè ſpem obtulerunt, & eius dogmata ſancta ſeruarunt. Cum adhuc tertium luſtrum viridis ætatis meæ agerem, neſcio, quò inſtinctu in horum librorum intelligentia me, omni conatu, exercere animum habui; at ſæpè ſæpiùs obnubilatà mente luminis illius magnitudine, debilis ſenſus mei vires inſufficientes cognoſcebantur ad iſtius docte Sphingis enigmata ellucidare; Hinc libros eyeci, pluries valedici huic lectioni, & ſæpiùs erroneum

exi-

exiſtimaui talia velle intelligere: at reaſſumpto animo, Dei auxilio, ſpe omni fulcitus, duodecim continuis annis in huiuſmodi lectura totis viribus die ferè, ac nocte ætatem conſumpſeram, quando cæpi tentare an effectum conſequerer poſſem; praticam illius operis iuxta theoricam, quam in mente conceperam, præ manu ſumpſi; at deuius modo vnã reſolutionem in animum obtinueram, modò aliam, at ſemper aliquid meæ intelligentiæ obſcurum relinquebatur. Socios duos diuerſo tempore habui,

bui, quorum conſortio maior occaſio mihi oriebatur amplius ſtudendi, & ueritatem indagandi, ut melius eorum opinionem, aut arguerem, aut approbarem; omnes enim cæci eramus ſolo lumine deſiderij, & aliqualis lectionis ducti; tentauimus, nihil in primis ingreſſibus inueniebamus, aliquid nobis deeſſe cognoſcebamus: interim firmiter concludi, & diſcere cæpi: iuxta ſonum litterarum laborare eſſe diſsipare diuitias, & oleum, ac operam perdere, quòd ſola poſſibilitas naturæ, ſola ratio intel-

*telle*ctualis cæcos ducit, & errantes in patriam regit? Quid tantis deſudare operibus, dum ſimplex natura, vnum corpus ſolum cognoſcit? Quid tot habere furnos, tot ignes, tot vaſa, dum vnico vase, vnico igne, vnica fornace vtitur natura? Si ſufficeret ſecundum ſenſum litterarum ſonum verborum, & directionem ſimplicem auctorum, laborare; quot ſapientiores, immò in hac ſcientia ſapientiſsimi inuenirentur, qui nec ſermonem latinum vix percipere valent.*

Oh

Oh quot ſunt, & inueniuntur homines, qui ſe doctos eſſe in hac arte exiſtimãtur. Solùm quia pulchram deſtillationem, diligentem ſublimationem, aut calcinationem cognoſcunt ſe facere poſſe. Oh quot alii reperiuntur, qui ſemel vna opinione in ſuo groſſo capite orta ſecundùm lecturam, aut vti dicunt directionem vnius Auctoris ſe doctiſſimos eſſe opinantur, & ſi opus non ſuccedit eis iuxtà intentum ſuum, non ignorantiæ ſuæ attribuunt, ſed aut fracturæ vaſis, aut regimini ignis;

quem

quem ſperant iterato labore inuenire. Oh quot ſunt, qui, eo quia multarum ſententiarum farragines in ſuo cerebro continent iuxta capacitatem illius intellectus, putant ſe eſſe magiſtros, & alios docere poſſe.

Cognoui hominem, qui tot ferè non dicam tractatus, ſed, & volumina in mentem habebat, tanta, ac tali eruditione decorata tali ordine expreſſa, ut uix crederem, maiorem in hac ſcientia peritiam poſſe acquirere; attamen, quia ſolus ſonus litterarum erat illi cognitus,

ſo-

ſolas litteras ſciebat, opus autem nesciebat, nec uiæ illius notitiam, & nunquam neſciet impoſterum, ſed ſemper in ſuo errore ad fallendum homines manebit: toto cælo enim aberrat à ueritate, dum quotidiè circa particularia, (ut dicit,) & tincturas ſe exercet infinitis expenſis illorum, qui nimis creduli ei fidem credunt. At nil mirum, ſi dùm vnica veritas illi eſt abſconsa, plures vias tentet, & deuius in obſcuritatibus uagetur. Non ſufficit ſententias memoriæ mandare, ſed intellectui, & diſcur-

ſui

ſui ſunt committenda; ſolam poſsibilitatem, ut diximus, naturæ obſeruandam eſſe, & uias illius rationis lance trutinandas. Vndè cum ad manus meas manuſcriptum doctè vulgari itallico metro prolatum ab Anonimo Auctore, peruenerit, operam duxi hijs temporibus, vbi obſcuritas, & tenebræ circumcirca uagantur, & totum ferè mundum abſorbent, Lucem in lucem edere, & Deo duce, quanto loqui licet, ſolito ſecreto ſtilo, etſi veridico, promulgare, quæ pro commento illius manuſcripti, & pro ampliori decoratione

tione, & declaratione inſe-ruiet.

Qualis nam illius ſcripti auctor fuerit, adhuc mihi innotuit, licet in annagramate cognitus: Satis eſt mihi ſcire eum ambulaſſe per rectum tramitem, illique veritatem naturæ obuiam fuiſſe, & quamuis ſe inſcium operis totius confiteatur, attamen non reſpondent ultima primis, hæc ficta ignorantia eius doctrinæ. Quod autem ad me attinet, benigniſsimè Lector nè quæras quis ſim, ſcias, quod ſolus animus eſt mihi, ueritatem propallare,

&

& maiora quam credas, & ſperas in lucem poſt hac edere, Deus det mihi cum uita gratiam, & me poſt uitæ meæ curſum cognoſces. Noli damnare ſtilum, & modum loquendi, aut Phraſim dictionis; ſcias pro certò, quod intempeſtiua eſt hæc editio, ut uix credere poſſes; ad hoc me mouet uis, cui ægrè nec ualeo reſiſtere. Talia proferre hoc ſæculo, nec quidem ſomniaueram: attamen fiat uoluntas eius, qui regnat, & regnabit in ſæcula ſæculorum. Vale.

Noi Reformatori dello Studio di Padoa.

Hauendo veduto per fede del Padre Inquiſitore nel Libro intitolato Lux Obnubilata *ſuaptè natura refulgens. Vera de lapide Philoſophico Theorica non eſserui coſa alcuna contro la Santa Fede Cattolica, e parimente per atteſtato del Segretario noſtro, niente contro Prencipi, e buoni coſtumi, concedemo licenza, che poſſi eſſer ſtampato, oſſeruandoſi gl'ordini, &c.*

Dat. adi Aprile 1665.

Zuane Donado Rifform.

Andrea Piſani Proc. Rifform.

Angelo Nicoloſi Segret.

A I VERI

SAPIENTI

Si Diſcorre

TEORICAMENTE

Sopra la Compoſitione

DELLA PIETRA DE FILOSOFI.

Canzone Prima.

DI

FRA MARCANTONIO

Craſſellame Chineſe.

I.

ERa dal Nulla vſcito
Il tenebroſo Chaos, Maßa difforme
Al primo ſuon d'Onnipotente Labro:
Parea, che partorito
Il Diſordin l'haueſſe, anzì, che Fabro
Stato ne foſſe un Dio; tãto era informe.
Stauano inoperoſe
In lui tutte le coſe,
E ſenza Spirto Diuiſor, confuſo
Ogni Elemento in lui ſtaua racchiuſo.

b *Hor*

I I.

Hor chi ridir potrebbe, (*Mare,*
Come formoſſi il Ciel, la Terra, e'l
Si leggieri in lor ſteſſi, e uaſti in Mole?
Chi *può ſuelar, com' hebbe*
Luce, e moto laſsù la Luna, e'l Sole,
Stato, e Forma quaggiù quanto n'ap-
Chi mai comprender, come (*pare,*
Ogni coſa hebbe Nome,
Spirito, quantità, legge, e miſura
Da queſta Maſsa inordinata impura?

I I I.

O del Diuino Hermete
Emoli *Figli, à cui l'Arte paterna*
Fà, che Natura *appar sẽza alcũ Velo,*
Voi ſol, ſol voi ſapete,
Come *mai fabricò la Terra, e'l Cielo*
Da l'indiſtinto Chaos *la Mano eterna.*
La grande Opera uoſtra
Chiaramente vi moſtra, (*dutto*
Che Dio nel modo iſteſſo, onde è pro-
Il Fiſico Eliſſir, compoſe il Tutto.

Ma

IV.

Ma di ritrar non voglio
Con debil penna un Paragon ſi vaſto
*Io non eſperto ancor Figlio de l'*Arte.
Se ben certo berſaglio
Scoprono al guardo mio le voſtre Carte,
Se ben m'è noto il prouido Illiaſto:
Se ben non m'è naſcoſto
Il mirabil Compoſto,
Per cui Voi di potenza hauete eſtratto
La purità degli Elementi in Atto.

V.

Se ben da me s'intende,
Ch'altro non è voſtro Mercurio ignoto,
Che un uiuo Spirto vniuerſale innato.
Che dal Sole diſcende
In aereo vapor ſempre agitato
Ad empier de la Terra il Centro voto;
Che di quì poi ſe n'eſce
Tra Solfi impuri, e creſce
Di volatile in fiſſo, e preſa forma
D'humido radical ſe ſteſſo informa.

V I.

Se ben'io sò, che ſenza
Sigillarſi di Verno il Vaſo Ouale,
Non ſi ferma in lui mai vapore illuſtre,
Che, ſe pronta aſſiſtenza
Nõ hà d'occhio Linceo, di Mano induſtre
More il candido Infante al ſuo Natale;
Che più nol ciban poi
I primi humori ſuoi,
Come l Huom, che ne l'Vtero ſi paſce
D'impuro ſangue, e poi di Latte in faſce.

V II.

Se ben sò tanto; pure
Hoggi in proua con voi d'uſcir non oſo,
Che anche gli errori altrui dubbio mi fanno.
Ma, ſe l'inuide Cure
Ne la uoſtra pietà luogo non hanno,
Voi togliete a l'Ingegno il cor dubbioſo.
Se'l Magiſterio uoſtro
Diſtintamente io moſtro
In queſti Fogli miei, deh fate homai,
Che ſol legga in riſpoſta. Opra, che'l ſai.

Che

CHE IL MERCVRIO,

E L'ORO DEL VOLGO

Non ſono l'Oro, & il Mercurio de' Filoſofi,

E che nel Mercurio Filoſofico v'è tutto quello, che cercano i Sapienti

Toccandoſi la prattica della prima Operatione, che deue fare l'-Eſperto Lauorante.

Canzone Seconda.

I.

Q*Vāto s'ingannan mai gli Huomini (ignari*
De l'Hermetica Scola,
Che al ſuon de la parola
Applican ſol con ſentimenti auari:
Quindi a i Nomi volgari
D'Argento viuo, & Oro
S'accingono al Lauoro,
E con l'Oro comune à foco lento
Credon fermare il fuggitiuo Argento.

Ma,

II.

Ma, ſe à gli occulti ſenſi aprō la Mēte
Ben vedon manifeſto,
Che manca, e a quello, e a queſto
Quel foco vniuerſal, ch'è ſpirto agente.
Spirto, che in violente
Fiamme d'ampia Fornace
Abbandona fugace
Ogni Mettal, che ſenza viuo moto
Fuor de la ſua Miniera è Corpo immoto

III.

(addita.
Altro Mercurio, altro Oro Hermete
Mercurio humido, e caldo,
Al foco ogni hor più ſaldo.
Oro, ch'è tutto foco, e tutto Vita.
Differenza infinita
Non ſia, c'hor manifeſti
Da quei del Volgo Queſti?
Quei, Corpi morti ſon, di ſpirto priui,
Queſti ſpirti Corporei, e ſempre viui.

IV.

O grã Mercurio noſtro, in te s'aduna
Argento, & Oro eſtratto
Da la potenza in atto,
Mercurio tutto Sol, Sol tutto Luna,
Trina ſoſtanza in vna,
Vna, che in tre ſi ſpande.
O merauiglia grande!
Mercurio Solfo, e Sal, voi ui apprendete,
Che in tre ſoſtanze uoi ſol una ſiete.

V.

Ma doue è mai queſto Mercurio au-(*rato,*
Che ſciolto in Solfo, e ſale,
Humido radicale
De i Mettalli diuien, ſeme animato?
Ah, ch'egli è imprigionato
In Carcere ſi dura,
Che per fin la Natura
Ritrar nol può da la Prigione alpeſtra,
Se non apre le vie l'Arte Maeſtra.

b 4 L'Ar-

V I.

(corta
L'Arte dunque, che fà? Miniſtra ac-
Di Natura operoſa
Con fiamma vaporoſa
Purga il ſentiero, e a la Prigiõ ne porta,
Che non con altra Scorta,
Non con Mezo migliore
D'un continuo calore
Si ſoccorre à Natura, ond'Ella poi
Scioglie al Noſtro Mercurio i ceppi ſuoi.

V II.

Sì, sì, queſto Mercurio animi indotti
Sol cercar Voi douete,
Che in lui ſolo potete
Trouar ciò, che deſian gl'Ingegni dotti.
In lui già ſon ridotti
In proſſima Potenza,
E Luna, e Sol; che ſenza
Oro, e argento del Volgo, uniti inſieme
Son de l'argento, e l'Oro il uero Seme.

Pur

VIII.

Pur ogni Seme inutile ſi uede.
Se incorrotto, & integro
Non marcſce, e uien negro.
Al generar la Corruttion precede.
Tal Natura prouede
Ne l'opre ſue uiuaci.
E noi di lei ſeguaci,
Se non produr' Aborti alfin uogliamo,
Pria negreggiar, che biancheggiar dob-
(biamo.

GLI ALCHIMISTI INESPERTI

A deſiſtere

Dalle Soſiſtiche loro Operationi,

Tutte contrarie à quelle, che n'inſegna la vera Filoſofia

NELLA COMPOSITIONE Della gran Medicina Vniuerſale.

Canzone Terza.

I.

O *Voi, che à fabricar l'Oro per Arte*
Non mai ſtanchi trahete
Da cõtinuo Carbon fiamme inceſſanti;
E i voſtri Miſti in tanti modi, e tanti
Hor fermate, hor ſciogliete,
Hor tutti ſciolti, hor cõgelati in parte;
Quindi in remota parte
Farfalle affumicate, e notte, e giorno
State uegliando a ſtolti fochi intorno.

Dà

II.

Da l'inſane fatiche homai ceſſate:
Nè più cieca ſperanza,
Il credulo penſier col fumo indori.
Son l'opre voſtre inutili ſudori,
Ch'entro ſquallida ſtanza
Sol vi ſtampan ſul volto hore ſtentate.
A che Fiamme *oſtinate?*
Non carbon violento, acceſi Faggi,
Per l'Hermetica Pietra *vſano i Saggi.*

III.

Col foco, ond'è ſotterra al tutto gioua
Natura, Arte lauora,
Che immitar la Natura *Arte ſol deue:*
Foco, che è vaporoſo, e non è leue,
Che nutre, e non diuora,
Ch'è naturale, e l'Artificio il troua;
Arrido, e fà, che pioua; (ſtagna,
Humido, e ogni hor diſecca, Acqua, che
Acqua, che laua i corpi, e Mã nõ bagna.

Con tal foco lauora Arte ſeguace
D'infallibil Natura,
Ch'oue queſta mancò, quella ſuppliſce:
Incomincia Natura, Arte finiſce.
Che ſol l'Arte depura
Ciò che à purgar Natura era incapace.
L'Arte è ſempre ſagace,
Semplice è la Natura, onde, ſe ſcaltra
Nõ ſpiana Vna le vie, s'arreſta l'altra.

V.

Dũque à che prò tante ſoſtanze, e tãte
In Ritorte, in Lambicchi,
S'vnica è la materia, vnico il Foco?
Vnica è la Materia e in ogni loco
L'hanno i Poueri, e i Ricchi,
A tutti ſconoſciuta, e a tutti inante.
Abietta al volgo Errante, (vende,
Che per fango à vil prezzo ogn'hor la
Pretioſa al Filoſofo, che intende.

VI.

Queſta Materia ſol tanto auuilita
Cerchin gl'ingegni accorti,
Che in lei quanto deſian tutto s'aduna.
In lei chiudonſi vniti, e Sole e Luna,
Non volgari, non morti,
In lei chiudeſi il foco, onde han la Vita.
Ella dà l'acqua ignita,
Ella la terra fiſſa, Ella dà tutto,
Che inſin biſogna a vn'Intelletto iſtrut-
(to.

VII.

Mà voi ſenza oſſeruar, che vn ſol
Al Filoſofo baſta (Compoſto
Più ne prendete in mã Chimici ignari;
Ei cuoce in vn ſol vaſo ai Rai Solari,
Vn vapor, che s'impaſta,
Voi mille paſte al foco hauete eſpoſte.
Coſi mentre hà compoſto
Dal nulla il tutto Iddio, Voi finalmente
Tornate il tutto al primitiuo Niente.

Non

VIII.

Non molli Gomme, od Eſcremēti duri,
Non ſangue, ò ſperma humano,
Non vue accerbe ò Quinteſſēze Erbali,
Non acque acute, ò corroſiui Sali,
Non Vitriol Romano,
Arridi Talchi, od Antimoni impuri:
Non Solfi, non Mercuri,
Non Metalli del Volgo al fine adopra
Vn' Artefice eſperto a la Grand' Opra.

IX.

Tāti Miſti à che prò? l'alta ſcienza.
Solo in una Radice
Tutto riſtringe il Magiſterio noſtro.
Queſta, che già qual ſia chiaro u' hò mo-
Forſe più, che non lice (ſtro
Due ſoſtāze cōtien, c'hāno una eſſenza.
Soſtanze, che in potenza
Sono argento, e ſono Oro, e in atto poi
Vengono, ſe i lor peſi uguagliam Noi.

Si

X.

Si che in atto ſi fanno argento, et Oro.
Anzi vguagliate in peſo
La volante ſi fiſſa in Solfo aurato.
O Solfo luminoſo, Oro animato
In te del Sole acceſo
L'operoſa Virtù riſtretta adoro.
Solfo tutto teſoro,
Fōdamēto de l'arte, in cui Natura
Decoce l'Or, che in Eleſſir matura.

PRO:

PROEMIVM.

MVlti, immò omnes ſunt, qui audientes de Lapidis Phiſici Theorica tractare, ſolo hoc dicto, nares perſtringent, & nauſeabundi hunc tractatum flocipendent: At quæſo, quænam impudentia de non co-

cognitis iudicium ferre, & in alterius agro ſinapi ſuum immittere. Quid ſit lapis Philoſophorum prius diſcere, poſtea eius tractatus dijudicare oportet. Iſti ſunt, qui videntes tot Chymiculorum, & laborantes in arte Chymica, proffittentes ſe facere poſſe lapidem, omnes ſuas, & aliorum ſubſtantias dillapidare obſeruant. Iſti ſunt, qui videntes tot impoſturas, tot vana recepta, & audientes tot falſa promiſſa, contra veram artem redarguunt: neſcientes, quod hoc non eſt opus

Chy-

Chymiculorum, ſed Philo-
ſophorum, ità vt iſtis vul-
garibus Philoſophaſtris ſic
poſſibile ſit facere lapidem
hunc, veluti eis poſſibile
nouum Solem in ſua domo
producere, & Lunam in va-
ſculo retinere; immò tales
Philoſophi eſſe debent, ut
fundamentum totius naturę
ſciant, & verè cognoſcant.
Neſcientes, quod ſcientia
lapidis Philoſophorum ſu-
perat omnes doctrinas, om-
neſq; artes quantumuis ſub-
tiliſſimas; ea differentia,
uti opus naturæ ſemper eſt
perfectius abſolutius, & ſe

cu-

curius, quam artium qua-
rũuis practica: immò ſi iux-
ta axioma Ariſtotelicum ni-
hil ſit in intellectu, quod
prius non fuerit in ſenſu; ve-
rum erit dicere, quod quid
quid ſenſu comprehendi-
mus ſola data occaſione na-
turæ intelligimus. Omnes
enim artes, rudimenta, &
prima principia ſua didi-
cerunt ab opere naturali, ſic
vt nimis longum eſſet hanc
veritatem in medium modò
proferre, dum ſatis eſt cui-
libet intelligenti, & non
vulgari occulo appertum.
Sed ne vlterius infructuosè
pro-

progrediamur . Sciendum eſt generaliter lapidem philoſophorum nihil aliud eſſe, quam humidum radicale elementorum , quod per ea expanſum inuenitur, at in eorum lapide vnitum , & perſtrictum ab omnibus extraneis defæcatum . Vnde nil mirum , ſi talia , ac tanta præſtare poſſit, dum certo cognoſcitur vitam animalium , Vegetabilium, ac mineralium in ſuo humido radicali conſiſtere : quod eſt indubitatæ fidei , nec ullus vnquam negabit : Si quis enim habeat oleum reſerua-

tum

tum in domo ſua ad imponendum in lampade, quis ità ſtultus erit, vt exiſtimet talem lampadem extingui poſſe per deſinentiam olei, quod eſt illi in eſcam ad ignem ſuum nutriendum, & ſi debilitatio luminis proueniat ex deſinentia olei, certè quod adaucto oleo lumen priſtinum reaſſumet; Pari ratione, vita noſtra conſiſtit in humido noſtro radicali, & igniculus vitæ in eo deffertur, ac eo retinetur: conſumpto hoc humido, & lumen illud vitale à vinculis ſolutum effugiet:

Vn-

Vnde per cibi nutritionem natura opus habet hoc humidum reſarcire. At aliquãdò calor naturalis, per aliqua accidentia eſt ita debilitatus in ſuo humido radicali, vt nouum in nutritione reaſsumere non poſſit, & ſic magis languеſcit, & infirmatur oppreſſus, facile deſinit, & morte tenebroſa corpus ſuum derelinquit: ſi quis tunc temporis oleum ſuppeditare poſſet, non in excrementis ciborum incluſum, ſed ab iſti excretum, & omni arte purificatum, certè, quod ignis vitæ illum aſſume-

meret, & in ſui naturam con uerteret, & ſic lumine priſti. no vigeret. Quid valent medicamina in homine Mortuo? nec quæuis balſamica quidem, & perfectiſſima aliquid operantur: Natura enim, ſeu ignis naturæ, qui in corpore latet, eſt qui medicamentis vtitur ad ſe liberandum, & extricandum ab illo morbo, ſeu humore illi nocente, vt in ſuo humido radicali liberè poſſit munus vitæ exequi.

Per nutritionem ergò dandus eſt ei cibus competentes, & refocillantes, &

ignis

ſignis iſte vires priſtinas recuperabit, aliàs nil prodeſſent medicamina, quæ nihil aliud ſunt, quam incitamentum naturæ, & non reſtauramentum.

Quid iuuaret militi in agone mortis per ſanguinis ſui à vulnere accepto deperditionem, buccinis, & tympanis irritare eius irraſcibilem facultatem ad fugandos inimicos, & cordis audacia Martis ſubſtinendos labores? nil profectò; imò illi magis nocuum eſſet, & in cauſa, vt terrore facilius langueſceret. Ita

à ſi-

à ſimili in noſtro caſu: irritare per medicamenta naturam, quando eſt debilitare, & humidi radicalis deperditione, aut ſuffucatione langueſcens, eſt periculoſum, & ſæpè ſæpius inutile; ât ſi quis poſſet priſtinum robur ei donare, & illius humidum radicale opportuna adminiſtratione augmentare, tunc de ſe ipſa natura ſine alio ſtimulo ab excremeutis nocentibus, & humoribus malignis ſe extricaret. Idem, & in natura vegetabili, ac minerali dicendũ. Vndè quàm inſani

c ſunt

ſunt illi homines, qui die, ac nocte ſanitati incumbũt, dum fontem, à quo omnis ſalus, & vita conſiſtit, non cognoſcunt: Sinant ergò de Lapide Philoſophico latrare, ni impij, & crudeles vitæ ſuę luminis cognitione abuti velint.

Concluſiuè igitur dicendum, quod qui Lapidem iſtum fortuna à Deo gratis data conceſſum habuerit, & eo vti ſciuerit; non ſolúm proſpera valetudine totum ſuæ vitæ ſpatium, iucundo ſanitatis titulo incolumis frui potietur; verùm etiam

vl-

vlteriorem curſum alijs di-
ſtributiuè terminatum, Di-
uina prouidentia non repu-
gnante conſequetur, & in
laudem æterni ſui benefa-
ctoris vita fælici, & longa,
aliorum ſæcula illi percon-
tari datum erit. Non eſt hoc
vltra naturæ terminos ad-
ſcriptum, ſed lege naturæ
ſancitum, vt quoties corpus
contrarijs facultatibus, aut
morbis opreſſum fuerit in-
uiolata ſanctione ad interi-
tum procliue rui, & eius vi-
talem ſpiritum, langueſcen-
te natura derelinquere,
ac in patriam abire. Nul-

lus qui aliqualem Philoſophiæ odorem ſubolfecerit inficias ibit, quod vita animalium, ſeu ſpiritus vitalis cum ſit ſpiritualis, & de natura ætheris, à quo omnes formæ deſcendunt per cœlorum influxus (non loquor hìc de anima rationali vera forma hominis) nullam habere cum corpore terreo affinitatem, niſi per aliquod mediũ retineretur, quod vtriuſq; naturam participaret; Hoc medium, niſi eſſet conſtantiſſimum, & puriſſimum vita ſemper auolaret, nec ab eo permanẽtiam re-

reciperet, dũ certò ſcimus, neminem dare quod nõ habeat. In mixtorum ſubſtãtia humidumradicale rerum eſt conſtantiſſimum, & puriſſimum, cùm ſit ſubiectum totius naturæ mixti, vt infra propio capite docebimus; Ergò iſtud erit medium, & ſubiectum capax, in cuius centro vita corporis conſiſtere debeat: Centrum enim humidi radicalis eſt calidum innatum, verus ignis naturæ, & ſulphur verum ſapientum, quod de potentia ad actũ Veri Phiſici reducere didicerunt in ſuo lapide.

c 3 Vn-

Vndè qui habet lapidem Philoſophorum, habet humidum rerum radicale, in quo per artificium ſagaciſſimum, & naturale, calidum ſuum innatum principales vires exercet; immò totus calor, qui ſuam humiditatem determinauerit, & in ſulphur, vt dicitur, igneum per decoctionem adæquatã transſmutauerit. Tota mixti natura in illo humido radicali deliteſcit: vndè qui habet humidum radicale alicuius rei, totam eſſentiam, vires, & facultates illius rei iam obtinuit; dummodò ſagaci

gaci induſtria ſit extractũ, & naturali medio, ac arte Phiſica, non arte illa ſpagyrica Chymica vulgari, quæ omnem ſuis extractis, & acribus ſubſtantiis mundum fædauit, & quæ nil, aut parũ boni docuerit: Sed prius intelligendum eſt, quid ſit iſtud humidum radicale, de quo infra in capitulis meis ſufficienter quilibet inſtructus erit, ſi legat, & iterata lectione ſtudio non pepercerit.

Videant ergo quantum ponderis in manib. habeat, qui lapidem Philoſophorũ

obtinuit: Si enim quis ob exquiſiti cibi nutrientem ſubſtantiam, ob balſamici medicamenti virtuoſam eſſentiam, & vires, & deperditam ſanitatem reaſſumit, quando, & cibus, & medicamentum craſſo cortice, & duro indumento excrementis permixta aſſumpſerit: quid dicendum, ſi eorum humidum radicale; ſeu, vt propiùs dicam eorum nucleum; & virtutis centrum in conuenienti væhiculo propinauerit?

Eo magis quo iſtud mira-

mirabile medicamentum, non incitando naturam, non ſtimulo, non violento motu, ſed benigno naturali, & fæcundo radio, calorem naturalem, quò abundat impartiendo, & totam languefcentem corporis naturam reſtaurando; mirabiles curæ, immò incredibiles, operationes demonſtrat in animalium corporibus; quia tunc non medici manus, ſed natura benedicta, & pro medico, ac medicamento inſeruit.

Medicamenta quælibet vulgaria, vt ſupra diximus, ſunt tantum irritamenta naturę, vt tali ſtimulo animal vrgeatur facultatem ſuam exercere,& vires ſopitas aſſumere. Hinc eſt,quod poſt aſſumptionem alicuius medicamenti ſemper infirmus magis langueſcat,vt aliquãdo ſine ſpiritu triſtis, & debilis videatur : Ratio eſt, quia omnia medicamenta, quibus hoc ſęculum vtitur, ſunt è numero purgãtium, quæ accida ſua intrinſeca ſubſtantia, qua ſunt dotata (quamuis dulcia propinentur)

tur) naturam irritant, quo irritamento conãtur omne ſuum poſſe ad morbum expellendum demonſtrare. Vnde ſola natura eſt, quæ excrementum eijcit,& ſola illius facultas, quæ in tali caſu valet. Hinc vana ſunt irritamenta, quãdo langueſcens,& debilis natura medicaminis ſtimulum non ſentit, ideò potius grauatur maiori morbo, ſic vt iam impotens cogitur corpus infirmum deſerere, & in eo mortis immaginem imprimere. Exemplo eſt Clyſter aut medicamentum in inte-

ſtino à corpore ſeparato immiſſum, in quo nil operatur, nec vllam purgandi facultatem obtinet, quia ibi natura non eſt, vt clyſtere, veluti ſtimulo irritetur ad ſe purgandum: Vnde ſi natura ſola valet in homine ſano ad excrementa reijcienda, & ad alios humores peccantes expellendos; Quid in ſaniùs hanc langueſcentem irritare, & in eodem irritamento maiora excrementa adaugere, dum ſufficeret opportuniùs eam confortare, & ei nouum vigorem per noſtram medicinam impartire?

tire? quàm mirabiles curæ, & portentoſi in ſanitate effectus ex hac adminiſtratione orirentur? incredibiles certè.

Non nego, & dari aliquando medicamentũ corroborans cardiacum, aut quod alias, præter purgantes, facultates contineat, ſed hoc non niſi rarò vtitur aliquibus in caſibus, & quod peius eſt, hoc medicamentum craſſo modo præparatum, & in virtute ſua debile, vt quaſi inutile videatur, & infructuoſum; in cuius adminiſtratione ſæpè

ſæ-

ſępius homo infirmus ſpiritum vitalem quaſi dereliquerit, vt ineptus ſit medicamenti virtutem non dicā aſſumere, ſed nec quidem ſentire. Nec nego alia reperiri medicamenta, quæ naturam à contrariis liberet non irritando, ſed ſua ſpecifica qualitate morbū, & humorem attrahēdo veluti reubarbarum,&ſimilia, que ſpecifica dicuntur: & in veritate talia medicamēta ſi in omnibus morbis apta adminiſtrarentur infirmi ſanatio eſſet ſecura, & indubia. At quis eſt, qui talia

ſciat

ſciat inuenire,& quod opus eſt,eam præparando adminiſtrare? Incerta ſcientia,incertum producit effectum. Vnde Medicina Philoſophica ad omnes morbos opportuna,non quia differentes in ſe contineat qualitates, vt diuerſos producat effectus, ſed vnam tantùm habet facultatem, quæ eſt naturam confortare, & ei vires ſummas donare. Vnde errant negantes omnes infirmitates lapide Philoſophorũ in quolibet corpòre fugari, cum vna tantum ſit in corpore natura,

quæ

quæ vnico hoc medicamẽto confortari debet; vt ab infinitis ſi darentur morbis, ſe liberare valeat.

Hæc eſt illa fortaſſe medicinã, de qua ſcriptum eſt in Sacra pagina, quod medicina de terra creauit Altiſſimus, & Vir Sapiens non ſpernet eam. Eſt inquam de terra; quia de terra Philoſophi eam extrahere ſciuerunt, & in cœlum ſuæ virtutis exaltare potuerunt. Eſt medicina, quam qui cognoſcit opus nõ habet medico, niſi inſano vſu, in nimia quãtitate vteretur, quàm decẽs

eſt,

eſt,& naturæ inſeruit. Eſt e-
nim ignis naturę puriſſimus,
qui ſi magnus eſt paruã flã-
mam deuorat: Vnde ſicuti
nimio cibo ſuffocatur ani-
mal, & nimia ſubſtantia op-
primitur naturalis facnltas,
ità vires corporis nimia hac
& abundanti affluẽtia aſſu-
merẽtur & veluti, qui nimia
lętitia vires amittũt, ſic & ni
mio calore eorum ignis di-
ſpergeretur; eodem ordine
quo, & frugũ radices, & ve-
getabilia quæuis etiam ſi a-
qua viuãt, & nutriãtur, atta-
men nimia aquarũ diluuiæ,
& ſeminis virtus aſſumitur.

Vn-

Vnde ſicut in iſtis ita in om-
nibus prudentia, non im-
pudentia habenda.

Non mirum ergo ſi lapis iſte tales, ac tantas curas exequatur per manus Philoſophi adminiſtratus; nam morbi quiuis pertinaciſſimi virulenti, & inſanabiles immediatè quaſi miraculo naturæ ſanantur, & fugantur, quia natura in corpore infirmo ita vigoratur, & vireſcit, ut nullum timeat morbum, & nulla grauetur maligna qualitate, quìn omnia contraria ſuperet; Natura eſt, ò Miſeri, quæ ve-

veſtram ſanitatem vobis impartitur, ſi eam reſtaurare ſciueritis. Si oleum pro lampade habetis, celerem non timete eius extinctionem(ni Deus obſtet)nolite expaueſcere morborum tyranidem, dum natura in arce tutiſſima ſubſidium imminentem habuerit. Quid die, ac nocte tantis deſudare curis, vt curę veſtrę ſanitatis ſint fructuoſæ? Quid tot ſcientijs, tot inutilibus miniſterijs, tot elegantiſſimis concionibus, atq; lecturis, tempus, & mentem deperdere ſolo

vul-

vulgari ſi eam reſtaurare ſciueritis.

Si oleum pro lampade habetis celerem non timete eius extinctionem, (ni Deus obſtet) nolite expaueſcere morborum tyrannidem, dum natura in arce tutiſſima ſubſidium imminentem habuerit.

Quid die, ac nocte tantis deſudare curis, vt curæ veſtræ ſanctitatis ſint fructuoſæ? Quid tot ſcientijs, tot inutilibus miniſterijs, tot elegantiſſimis concionibus, atque lecturis, tempus, & mentem deperdere ſo-

lo

lo vulgari exẽplo,ſola inani opinione ? Lapidem Philoſophorum intelligere, curę ſit vobis,& fundamentum ſanitatis veſtrę, teſaurum diuitiarum, notitiam veræ naturalis ſapientię, & certam naturęcognitionem eodem tempore adepti eritis. Sed hoc in loco tempus eſt, vt de Veritate iſtius artis aliqua dicamus, an poſſibilis ſit, & vera maximè reſpectu tincturæ, quam promittunt Philoſophi ſuper metalla imperfecta in aurum tingenda, quia ſi eius poſſibilitatem,

quis

quis cognouerit in dubium erit, & eius doctrinam ſequi animum habuerit; Sed omiſſis Auctorum, & Philoſophorũ auctoritatibus, quas videre eſt in libris ad hoc ſpecialiter impreſſis, tantùm eadem ratione, quæ nobis ſatis fuit, & nos lectorem ſuademus, vt magis iſta deuinciatur, quam aliorum doctrinis. Vnde, & nos tali diſcurſu diſſeruimus antequam de hac veritate aliquid ſubolfacerimus.

Metalla omnia nihil aliud ſunt, quàm argentum viuum coagulatum, aut in

par-

parte, aut in toto fixatum. Hic longum foret omnes auctoritates affirmatiuæ auctorum pro hac ſententia in medium afferre; Sed, vt dixi, etiam in hac parte ommiſſis, certi ſumus ab effectu materiam metallorum eſſe argentum viuum, quia omnia in eorum lique factione accidentia, & propietates (per quas rerum naturæ cognoſcuntur) argenti viui demonſtrant; habent pondus; habent mobilitatem; habent ſplendorem; habent odorem, facilemque liquefactionem,

nec

nec cedunt ponderi ſuper-
iniecto, nam omnia eis ſu-
pernatant; ſunt liquida, &
manus aut aliud non made-
faciunt, ſunt molia,& quod
mirabilius eſt, quando ſunt
liquefacta in fumum abeunt
vti argentum viuum bre-
uiori, aut longiſſimo tem-
pore iuxta maiorem, aut
minorem coctionem, aut
fixionem, excepto auro,
quod propter totalem pu-
ritatem, & fixionem ſuam
non auolat, ſed pèrmanet
conſtans in fluxione cum
ignitione.

Metalla non ſolum has
pro-

propietates argenti *viui in li-*
quefactione demõſtrant, ve-
rũ m etiam, & alias, puta faci-
liorem cum dicto argento vi.
uo commixtionem, quam ne-
gat cuicumq; corpori ſublu-
nari: nam nulli rei ſe immiſcet
quã cui ſuæ naturæ eſt, & hęc
eſt principalis argenti viui,
proprietas; *V*nde ob comu-
nem argenti viui materiam,
quam metalla habẽt, inter ſe
etiam commiſcentur. Hinc
ferrum, quia paucum habet
argentum viuũ, in quo virtus
metallica cõſiſtit) & multum
ſulphuris terrei, difficulter e-
tiam argento viuo miſcetur;

d &

& cęteris metallis, nec niſi artificio mercurialem ſplendorem habet, nec facilem liquefactionem, cęterasq; propietates ſupra enarratas, quę omnes alijs (vel plus aut minùs) metallis competunt. Inſuper ductibilitas, quæ in vnione mercuriali conſiſtit, & in cõglutinatione humidi radicalis quo abundat argentum viuum, eſt nota omnibus metallis, quò plus argento viuo dicto abundant, & quò ſit fixius; ideo aurum magis ductile, quàm alia metalla.

Non ſolùm per has propietates manifeſtas cognoſcitur

tur metallum, nihil aliud eſſe, quàm argentum viuum; verũ etiam in anatomia, ſeu diſcõpoſitione ipſiuſmèt metalli hoc verificatur; nam ab omnibus metallis purũ argentũ viuum extrahitur eiuſdem eſſentiæ ac argentum viuũ vulgare, & tota ſubſtãtia metalli in eum reducitur, ſecundum quod plus vel minus de eo participat; Vnde à ferro minorem argenti viui quantitatem, quã ab alijs metallis extraximus; hinc etiam imperfectius exiſtimandum eſt, vti aurum perfectius, quia totũ eſt argentum viuum. Conclu-

dere ergo licet, quod ſicut au
rum eſt vera perfectio metal-
lorum, & totum metallũ, quia
totum argentum viuum fixũ;
ita ſolummodò ea metallica
ſubſtantia dici debet in me-
tallis, quæ eſt ſubſtantia ar-
genti viui, & quæ ſit de facto
argentum viuum, ſiue purum
aut impurum, ſiue coctum vel
incoctum, quæ differentia ta-
men, rem non facit ſpecie diſ.
ferre, eo quia etiam fructus li.
cet crudior, aut maturior a-
cerbior, aut dulcior fuerit idẽ
eſt ſpecie, quamuis qualitate
maturationis differatur, vti
differt omphacium, ideſt vua
acer-

acerba, ab vua matura, quæ tamen ſunt eędem ſpecie; nec homo ſanus ab homine in-firmo, aut infans à ſene, ſpecie diſtinguntur.

Stantibus hijs, quod metalla ſolo cõſtent argento viuo pro ſubſtantia metallica, non erit impoſſibilis eorum transſmutatio, immò maturatio in aurum, quando per ſolam coctionem, hoc eſſe poſſit, quam coctionem inducit lapis phyſicus, qui eſt verus ignis metallicus, qui in momentò, quod natura mille annis operatur, in manu Philoſophi eſſequitur. Iſte enim la-

pis eſt de media, & puriſſima
ſola argenti viui ſubſtantia:
Vnde ſi argẽtum viuum vul-
gare, quando metalla ſunt li-
quefacta in fluxu ea ingredi-
tur, & ei ſe permiſcet, vt aqua
mixta aquæ; quid erit dicen-
dũ de illa nobili ſubtiliſſima,
& penetrantiſſima medicina
ab illo orta? & in ſuprema
puritate æquata, & exaltata?
omne argentum viuum certè
per minima peruadet, & ve-
luti de ſua natura, amplecte-
tur, & quia eſt ignea, & rubi-
cũdiſſima ſuper omnes rube-
dines, eum tinget, & colore
citrino condecorabit. Rubor
enim

enim in ſummo gradu ſuper multum albedinis, quæ eſt in argento viuo, citrinitatem inducit, quia eius rubedo albedine illa temperatur in citrinum colorem. Sed quoad fixionem attinet, dicimus inſuper quod argenti viui ſubſtãtia, quæ in omnibus metallis reperitur (auro excepto) eſt cruda, & humiditate, qua cõſtant argentum viuum, ſuperflua turgens; Vndè ſiccũ naturaliter attrahit ſuum humidum, & eum contemperat, & attrahendo deſſicat, & cum ſiccitate humiditatem coæquat, qua temperantia orta,

iam

iam eſt metallum æquatũ, ac aurum perfectũ: Vnde, quia nec humidum, nec ſiccum eſt ſed de vtroquè participans, hinc data hac ęquatione volatile non ſuperat partem fixam, quin ab iſta ſuperante, in igne retineatur; & quia per opus naturæ, terreum cũ ſicco, & humido ſunt homogeneè coadunata, hinc in argẽti viui ſubſtantia, aut totum auolat, aut totum remanet, ſic datur fixio, & conſtantia in igne, nulla partium humidarum data exhalatione, quod in alijs corporibus euenire non contigit, propter carentiam

tiam talis æquatæ mixtionis.
Vnde videre eſt, quod hæc
humiditas per ſuam ſupremã
ſiccitatem, & puritatem, atq;
penetrabilitatem ingrediatur
ſubſtantiam argenti viui
in metallis incluſam, & eam
tingat, & fixat, excrementis
ſeparatis in examine non exiſtentibus;
nam ea ſola ſubſtãtia
in aurum conuerti valet;
cęteris excluſis. Nunc error
eorum depræhẽditur, qui putant
corpus imperfectum, vti
cuprum aut ferrum, vel aliud,
poſſe aliqua medicina totum
in aurum conuerti abſque ex
crementorum, & ſcoriæ illius

ſe-

ſeparatione: Impoſſibile enim eſt niſi ſola mercurialis ſubſtantia humida in aurum deffiniri, & qui talia præſumunt ſunt impoſtores, nec talis datur alteratio niſi in ſui ſimilē naturā. Vnde qui clauos aut alia inſtrumenta mēſtruo immersa, dicunt in aurum transmutata, falſum docent, quia naturam metallorum non cognoſcunt; & licet videatur pars aliqua metallica in aurū tranſmutata, & alia in priſtina metalli forma remanens, non credas fuiſſe illius partis metallicæ tranſmutationem, ſed eſt, aut impoſtura, aut ar-

te

te aliquà agglutinata pars auri naturalis, alteri impuræ metallicæ parti, tali connexione, & ordine, vt integer clauus aut inſtrumentum occulis videatur; verùm occulato intellectu fallacia depræhenditur.

Talia fuere, quæ poſſibilitatem iſtius ſciētiæ mihi manifeſtarunt, quæ credo cuilibet intelligenti ſufficere, ſi cum poſſibilitate naturæ omnia conferat; cęterùm alios conſulat Auctores, & antequam opus quis aſſumat, hęc noſtra ſequentia legat, & iterata lectione relegat.

FINIS.

LVX

OBNVBILATA

Suaptè natura refulgens.

Vera

DE LAPIDE

PHILOSOPHICO

THEORICA.

I.

Era dal Nulla vſcito
Il tenebroſo Chaos, maſſa difforme
Al primo ſuon d'onnipotēte Labro:
Parea, che partorito
Il diſordin l'haueſſe, anzi, che Fabro
Stato ne foſſe vn Dio: tanto era infor-
Stauano inoperoſe (me.
In lui tutte le coſe,
E ſenza ſpirto diuiſor confuſo
Ogni Elemēto in lui ſtaua racchiuſo.

CAPVT PRIMVM.

CReationis Opificium ſicuti Diuinum,ità eius intelligentia ſupranaturalem requirit cognitionem; De hijs, quæ ſupra nos fari non decet, né periculum Dedalicum incurramus: nec parabolica, aut hyperbolica perſpicilia, inuiſibilis quamuis infiniti, illius puncti propenſionem nobis manifeſtare non valent. Attamen ſi per ea, quæ creata ſunt, Creatorem decet cognoſcere: & ineffabilis illius ordinis natura requirit, per extra ſe producta propiã, quamuis confusé eſſentiam declarare; nec erit inconueniens Auctoris noſtri poetica ſequi documenta, & eius de inenarrabili illo opere doctè prolata maiori declaratione ampliare, vt omnium vtilitati, & commodo tyronum Hermeticæ artis inſeruiat: ſitqué ad gloriam tanti architecti

eius

èius manufacturam quantum fieri poteſt manifeſtare, iuxta illud Propheticum. Cœli enarrant gloriam Dei, & opera manuum eius annunciat Firmametum.

Nullo ſuperiacto fundamento, impoſſibile eſt ſuperædificare: nec ſine baſi, ædificij moles conſtrui poteſt: at quod denegatur Creaturæ, non incongruè Creatori conuenit; Nec mirum: cum enim ipſe baſis (ſiué, vt melius dicam, principium) operum eius, nullo indigent ſolidiori fundamento ſtructuræ manuum illius. Si enim quæro, cur immobilis vndiquaque aere percuſſa terra permaneat? cur, cælorum, corporumque cæleſtiū Moles, ita ordinatè circumcirca vagatur? nec illorū aut illius baſis fundamentalis occulis præuia? reſponſo ſatis datur dicere ſupra centrum feruntur, & centrum eorum baſis.

Magnum Miſterium, non omnibus reuelatum. Baſis totius Mundi, Verbum increatum Dei eſt; ſi

enim propium centri eſt, puncti effigiem manifeſtare, in quo nec dualitas, nec diuiſio cadat: Quid indiuiſibilius? quæ maior Vnitas Verbo Dei?

Punctum Centri non minus indiuiſibile, quam inuiſibile, ſolùm per circumferentiam compræhenſibile: Verbum Dei inuiſibile niſi per creaturas compræhenſibile. A puncto centri omnes lineæ deducuntur, & in centro terminantur: à Verbo Dei omnia creata exierũt, & in eum redibunt, peracta hac circulari reuolutione. Immobile centri punctum, dum ſphæra rotatur: Impermutabile Verbum Dei, dum omnia pereunt. Sicuti è centro omnia effluxerunt per dimenſionem; ſic omnia in centrum recedent per conſtrictionem, illud bonitate increata, hoc ſapientia occulta.

Verbum ergo ineffabile Dei, vt ità dicam, centrum Mundi; ab illo hæc viſibilis circumferentia effluxit,

xit, naturã ſui primi principij quodamodùm retinens. Omnia enim creata à Deo, ipſius Creatoris dogmata ſancta cuſtodiunt, & eius opificium ſupernaturale quantum fieri poteſt imitantur. Terra namquè tanquam punctum Centri rerum viſibilium ſeſe offert. Fructus quilibet, & creata quæuis ad occulum, punctum ſeminis, à quo effluxerunt in centro continent, & conſeruant, à quo vires omnes tamquam lineæ à centro, aut radij à corpore luminoſo, exierunt. Microcoſmus, qui totius Mundi adequata effigies ſymbolizat, non nè cordem tanquam centrum, à quo omnes arteriæ, ſpirituum vitalium lineæ, & radij fulgentiſſimi exeuntes, in medio continet?

Quale fuit eius exemplar? niſi totius Orbis ſtructura: Quale tantæ diſpoſitionis mandatum? Niſi ſupremi Creatoris documentum, vt ſicut omnia illius præſentia indigent, ita illius ordine gubernentur.

tur. Sat ergo firmum: ab hoc puncto deducta hæc infinitarum linearum.

At in principio illo creationis qualem effigiem formamuè, aut eſſe haberet! hoc multis dubium, & incoſtans propoſitio vſque adhùc habenda; Verùm, ſi naturam rerum rectè perpenderimus, & inferiorum diſpoſitionē perſpexerimus, opinabimur nullo inſano dubitabili errore, vaporem aqueum, ſeu humidam caliginem exinde à primordio effluxiſſe. Si enim inter omnes ſubſtantias creatas ſola humiditas magis propié terminetur termino alieno, & adæquatum ſubiectum recipiendarum omnium formarum ſit, ſola ipſa ſubiectum etiam illius ſubſequentis ordinis in creatione ſeſe exhiberi debebat; Informè namquè vti doctè Auctor noſter acu tetigit, erat chaos illud tenebroſum, ſeu maſſa confuſa, quæ cum aptiſſima, & capaciſſima omnium formarum.

marum eſſe deberet, (tanquam prima materia, per Ariſtotelem, & omnes quantumuis doctiſſimos Scolaſticos nata actuari per formas, ad omnes indifferens) vaporoſæ humiditatis eſſentiam obtinere debuerat.

A poſteriori inferiorum productione didicimus, ſpermata quæuis, illius indigeſtæ molis, ac difformis maſſæ aqueo Illiaſto veſtiri: Semina enim Vegetabilium, hærmafroditam naturam continentia, in terram ad reincrudandum iniecta, non ne primò fraceſcunt, ac in mucoſam humiditatem abeunt? Non fit generatio rei petitæ in quouis regno, vt infra ſuo capite demonſtrabimus, niſi primò ad illam primam materiam, ſeu Chaos, non amplius vniuerſale, ſed ſpecificatum, res, ideſt ſpermata rerum reducantur.

Semina itaque vegetalium ad hoc, vt longo tempore extra ſuum

corpus, in quo erant incluſa, incorrupta, & immarceſcita conſeruentur commodo artis, & vſui hominum, ſtatuit natura, vt duro cortice continerentur, qui ea deffendat ab iniuria elementorum, aliarumque rerum ſibi nocentium: At cum volumus ex ipſis nouam generationem ad ſuimet multiplicationem habere, opus eſt ipſa reinctudare, & ad priſtinum chaos quodamodum reducere; Semina autem animalium cum ſint nobiliora, & turgentiora ſpiritu viuaciori, non poterant contineri extra ſuum corpus, niſi habuiſſent corticem pluſquam marmore etiam duriſſimum, quod dedecebat nobilitati illius compoſiti, & commodo generationis: Vnde ſagaciſſimà natura ſperma illud non ſeparauit à corpore, at quaſi crudum, & verè aqueum in ipſo corpore ſeruauit; quod ſperma per excitationem motus libidinoſi (vt meliùs infra explicabitur)

tur) propellitur in matricem ſibi congruam, tanquam in terram ad ibi totaliter reincrudandum per vnionem magis humidæ, ideſt fæmineæ naturæ ſpermaticæ, & poſtea ad ſe multiplicandum non ſolùm quantitate virtutis, ſed & molis per nutritionem.

Quod in ſupradictis duobus regnis animali putà, & Vegetabili demonſtrauimus: & cur in minerali non determinabimus? at quia hoc peculiari capite docebimus, ſuo loco relinquimus.

Indubium recedat humiditatem aqueam, ſeu caliginem vaporoſam, magis congruam fuiſſe illo Cahotico embrioni, ſeu maſſe informi, à qua omnium generationum ſtabilimentum, & baſis oriri debebat. Hoc totum probatur Euangelica doctrina, vbi dicitur de Verbo Dei, quod per ipſum, omnia facta ſunt, & ſine ipſo factum eſt nihil, quod factum eſt; Dum enim dicitur, hoc erat apud

Deum, ideſt in principio erat centrum, ſeu punctum infinitũ, quod eſt primũ principiũ, incomprahenſibile Verbi Aeterni, a quo puncto omnia facta ſunt, & ſine hoc pũcto nihil eſſe poterat; Quod autem aqueus humor, fuerit primũ chaos, à puncto illo ortum, hoc in ſacra Magia Moyſes docet, & occulto docto tamen indice demonſtrat: dũ ait, quod immediatè creata eſt lux, & ſpiritus Domini ferebatur ſuper aquas, nec ibi ſit mẽtio alterius ſubſtantiæ, niſi lucis pro forma, & aquæ tamquam ſubiectum ante egreſſionem lucis, & ſpiritus Diuini Caoticum, & informe.

Quamuis enim in principio dixerat: creauit Deus cœlum, & terram: & terræ mentionem fecerat: non per hoc tamen intelligendum prius diſtinctionem terram obtinuiſſe a cœlo, quam lux a tenebris obtinuerat; Quia inconueniens erat, & ordini nobiliſſimo obſtabat, lucis ſeparatio-

nem

nem poſteriorem fuiſſe, & per conſequens infima fuiſſe producta ante ſuperiorum partes; & ſi Theologorum potiſſima opinio eſt, lucis creationis tempore, & Angelorum cohortem nobiliſſimorumque ſpirituum creationem ortum habuiſſe: quam indecens erat, elementum omnium craſſiſſimum,& fæx obſcura totius Mundi,ante productionem nobiliſſimæ illius intelligentiæ productum fuiſſe: Vltra quod quæro: an Cœlum, & terra tunc temporis erant diſtincta eo ordine, quo nunc ſunt vel permixtim confuſa? ſi diſtincta, itaut terra centrum mundi, & Cœlum inſuper ſphæricè eam circumdans, quomodo Cœli motus abſque luce, à quo motus omnis deriuatur? ſi dicas tunc non moueri: ergo terra per quietem, & lucis priuationem iterum abſorta fuiſſet,& in priſtinum Caos abſque vlla diſtinctione migraſſet: Lucis enim erat, tenebras effugare, & ad-

inferas aquas propellere, vt dicemus. Si autem non erant, vt modò ſunt poſita; ergo erant confuſa, & non diſtincta in cœlum, & terra: nec cœlum nomen ſuum, ideſt firmamenti diuiſoris, obtinere potuerat, ſed idem (vti ſupra diximus) Caos inordinatum, informisque maſſa fuiſſet: quod concedimus; Moyſes igitur diſtinctionem ibi generalem totius Mũdi poſuit in Cœlum, & Terra: & cœlum pro ſupremæ partis viſibiliore Continente, terramque pro infimo elementari accepit, quia terra magis conſpicua, craſſior, & elementaris. Poſtea ſe explicat diſtinctione ſpeciali partium Mundi, & lucis naturam ab illo æterno puncto productam fuiſſe declarat, quæ cum eſſet congruiſſima forma illius vaporoſæ humiditatis, in inſtanti, omnium formarum originem ortum habuiſſe, viſum fuit: Non niſi ergo quam tenebroſiſſima aquæ ſpeciem pri-

ſtinum

ſtinũ illud Caos obtinuerat; quod melius intelligitur, dum ſequitur dicere, quod diueſerat aquas ab aquis ſuper firmamentum poſitas, ab illis, quæ erant ſub firmamento: Vnde clarè conſtat, ſupra, & infra nil, niſi aquoſam ſubſtantiam fuiſſe, tamquam omnium formarum adæquatum ſubiectum, miro modo creatam.

Iacto hoc fundamento, vltra profequi debemus, ad demonſtrandam hãc diuinam manufacturam. Effluxerunt, vt diximus, tamquam à centro confuſi, & inordinati vapores, qui nomine abyſſus dicebãtur, ſuper cuius faciem tenebræ progrediebantur. Iam, vti Poeta noſter docet, quieti omnia elementa confuſa, & inordinata negotium dabant: ita, vt omnia ſub profundo ſilentio quaſi in ſomno mortis viderentur: nulla agentium actio, nulla paſſiuorum alteratio, nulla alteratorum permixtio, nec nouæ generationis, aut corruptionis

Vis

viciſſitudo aderat: immò inoperoſa in fecundaque videbantur.

II.

Hor chi ridir potrebbe,
Come formoſſi il Ciel, la Terra, e'l Mare,
Si leggieri in lor ſteſſi, e vaſti in Mole?
Chi può ſuelar, com'hebbe
Luce e moto laſsù la Luna, e'l Sole,
Stato, e forma quaggiù quanto n'appare?
Chi mai comprender, come
Ogni coſa hebbe nome,
Spirito, quantità legge, e miſura
Da queſta Maſſa inordinata, impura?

CA-

CAPVT SECVNDVM.

LVX ab illo æterno, & immenſo lucis theſauro, tamquam iacta ſagitta, in icto temporis effluxit, irradiantique ſuo lumine tenebras fugauit, caoticum terrorem propulſit, & formam vniuerſalem introduxit, ſicut antea, materiam vniuerſalem Caos illud præſtiterat. Hinc ſtatim viſum fuit, ſpiritum Domini ſuper illas aquoſas ſubſtantias defferri propio agitatu motu, tanquam impatiens producendi, voluntatem æterni Verbi exequendi. H nc per lucis productionem, iam firmamentum nobile creatum eſt, tamquam medium inter primas, ideſt ſubtiliores aquoſæ caliginis partes, & infimas eius aquæ craſſiores. Ab illa poſtmodum intenſiſſima, & ignita luce ſpiritu Dei impregnata, nobiliſſimas Creatu-

ras

ras AngelicasSummus rerũ Opifex creauit,ſi non ſunt ex nihilo, cuius naturalis facultas ſuper aquas firmamenti in Empireo ſuperiori vagari ad exequenda Dei mandata, gratuitum officium obtinuit.

Mandatum æterni nominis in creaturis quippè inferioribus diffunditur. Viæ Ordinis illius ſunt documenta naturæ,& omnium inferiorum; Creatura enim quælibet Simia ſui Creatoris hunc nobilem ordinem demonſtrat: nam ſicuti è centro æterni opificis cõtinuò fluxerant ad immẽſitatem circumferentiæ vagãtes radij lucis, ſic Corpus creatum quodlibet,eius imitatione ſui radios indefeſsè profudit, quamuis inuiſibiles,& indeſinenter multiplicabiles;Tales enim ſunt radij viſuales, ſeu potius ſpiritus lucis, quæ quamuis corpore opaco incluſa, & coarctata, attamen munus ſuum in radiando exequitur.

Hoc Miſterium non omnibus cognitum, non omnibus reuelatum;

tum; Omnia namque corpora per oppoſitionem ſpeculi cognoſcitur, ex ſe radios continuò immittere, qui repercuſſi in vitro ſpeculi oculos aſpectantium ingrediuntur, vbi Viſio formatur, (cuius naturalem diſquiſitionem propio capite in ſecunda parte aliquādo dabimus.) Sufficiat modò cognoſcere, quod radij illi, ſeu vti dicuntur, ſpiritus emiſſorij à corpore quouis emanantes nil, niſi initialis illius lucis puriſſimæ; quamuis obnubilatæ, ſunt partes: Sola namque lux vitrum, & ſolidiſſimum quemque adamantem ferit; & tranſigit, quod ipſo ſubtiliſſimo aeri eſt denegatum. Hoc eſt diuini Verbi Mandatum, vt in quolibet pūcto, creatura quæuis ordinem ſupremi puncti creationis, quantum fieri decet, demonſtret; Quod meliùs peculiari libro ad oculum demonſtrabimus, Deo concedente ad illius gloriam, & filij artis conſolationem.

Iā per illum ſpiritum verbi Dei,

di-

diuiſorem conglomerantur illi ſub-tiliores, & puriſſimi vapores, qui luce illa immenſa participes, adæquata luminis obiecta eſſe debebant. Ipſum autem firmamentum iam luminoſorum corporum pulchritudine adornari viſum fuit: iam luminis ſcintille fulxerant; iam ſtellæ tremulantes radios cœlo impartierant; Quando Creator omni venuſtate gaudens, maiorem in vnico Sole lucem coadunauit, vt illic præcipuè æternam ſedem beneficæ Maieſtati ſuæ donaret; iuxta illud Propheticum, in Sole poſuit tabernaculum ſuum.

Ob indefeſſam, & irradiantem hanc lucem; tunc dies erruperat; tunc commouebantur elementa; tunc principium generationũ propé erat, ſolum æterni verbi mandatum expectans: Adhùc tamẽ inadæquatam, quamuis Sympaticam, naturam aquæ inferiores cum ſuperioribus obtinuerant: itaut non niſi velociſſimo actu puriſſima illa

ſub-

ſubſtantia æthereorum agentium in inferioribus ageretur : Vnde ſagax Architectusmedia infimis colligauit, vt dulciori, & benigno actu ſe perſequerentur . Hinc Solis coenam Lunam nobiliſſimum Maſculini luminis vterum eodem ordine creauit; vt recepto a Sole fæcundo & ignito lumine humidiori ſua luce permixto adequatiorē inferioribus naturis radium impartiret : Sic, vt ille Præfectus Diei, iſta Domina noctis diceretur; Cuius ſitus nō alia de cauſa in inferiori firmamenti parte poſitus, vt eſſet aptior ad recipiendas ſuperiorum influentias, vt ad inferas tranſmitterētur; Sic enim de minus puriori aquarum ſuperiorum parte compoſita, atque in vnum conglomerata ſubſtantia, lumen etiam obtuſiorem frigidiorēque, & humidiorem habere oportebat; & nō aliunde dici debet alterationes ſublunarium, ſenſibiliorem vim pati a radio lunari; Quam ab alio lumine, eo quia lu-

lumen, & corpus illius magis affinia naturæ inferiori: dum medium magis extremis vnitur, quam ipſa extrema. Sed tempus eſt, vt proſequamur Ordinem Creationis.

Iam in inferioribus aquis per firmamenti, & corporum luminariũ creationem maxima alteratio, & elementorũ confuſio oriebatur, quãdo ex puriori eius parte per ſuperiorum actionem, atque rarefactionem, aer noſter, quo reſpiramus in ventre aquarum abſortus reſurgere videbatur: attamen aquarum craſſities circumuoluebatur comınota; Vnde dicto Verbi Dei congregatæ ſunt aquæ in vnũ Mare, & terra tanquam excrementum, & fęx illius primi Chaotis arida apparuit.

Sed quid dicendum de motu, vaſtitateque Cęli, terræque ſtabilitate, & continentium in eis, vti Poeta noſter innuit? certè difficile prima fronte videtur, ſuprema nos, qui infimi ſumus cognoſcere; Potius In

co-

colis illius cæleſtis regionis dandum hoc munus, hæc altiora declarare: Attamen nefas erit gratia diuina, nos, qui illius puriſſimæ lucis partes potiores ſumus, abuti. Anima quippe cæleſtis, quamuis corpus elementare obtinuit, illius glorioſæ Patriæ, ni indigna ſe exibeat, verè incola, & ciuis, adhuc gratuitè à Deo facta de moribus, mirabilibuſque illuis Prouinciæ nõ dedecus ei loqui, quantum lumen ſui intellectus ſe extendit. Impium, contra Dei harmonicum, opus credere, impoſſibilia cognitu ea, quæ eiuſdem ſunt ordinis, quamuis conditionis purioris; dum vnicus fuit Auctor, in quo non cadit varietas, cuius ordo exceptionem non patitur, nobilitatemq; maiorem obtinere non poteſt, quia ſapiẽtiæ partus, bonitatiſq; effectus. Benigniſſimus enim Creator, cum per ſe incomprehenſibilia, extra ſe ab eo creata voluit eſſe cognoſcibilia, vt per ea in illius cognitionem de-

ue-

uenienius. Eadem eſt creatura Cælum, ęther, & nobiliſſimum Solis corpus, ac quiuis lapis, ſpretuſque arenæ puluis; Vndè non minus hic cognoſcibilis, ac illud intelligibile. Forſan credis, ò Zoile, qui noctus a luminis claritatem effugis, corpus humanũ minoris nobilitatis, manufacturæ ordinis, ac Cælum ipſum, immò, & multo maiori ordine, ordinataque ſtructura, cum gratia illius, & cælum & Mundum à bonitate Diuina ordinatum. Alacri ergo animo; etiam de hijs, quæ ſupra nos per Inferiorum cognitionem diſquiremus; lumen lumen adauget, & igniculus Ignem maiorem accendit.

Sed antequàm diſtinctionem cælorum diſquiramus, prius videndum eſt, quid intelligatur për cœlum. Certè, quod Sacra Scriptura nobis qui verum Deum colimus norma eſſe debet, & vera Phiſis in ordine creationis in Sacra pagina dicenda. Moyſes enim Diuino im-

impulſu ea,quæ dixerat afflatus erat: Magus verè perfectus, & totius etiam naturalis Magiæ ſapientia (vti omnes aſſerunt, qui de eo ſcripſerunt) inſtructus fuerat. Vnde ſacrata Geneſis quidquid de ordine,& ſcientia Creationis dici poteſt, ſanctè, & verè licet occultò ſtylo docetur. Pro firmo ergo habeatur,quod ibi dicitur, Deum feciſſe firmamentum in medio aquarum,vt diuidat aquas ab aquis,vocauitque Deus firmamentum cælum: Vnde nomine cæli nil aliud intelligitur, niſi id, quod alio nomine firmamentum dicitur. Duo itidem cõſtat genera fuiſſe aquarũ diuiſa: Vnum genus ſupra,& aliud infrà firmamentum quod idem eſt, ac dicere, aquæ ſupra cælum, & aquæ infrà cælum. Aquas quæ infrà cælum erant, in vnum locum fuiſſe congregatas ibi docetur, vt arida, ideſt terra appareret; congregationes autem aquarum Creator æternus maria vocauit: ergò totum

illud,

illud, quod eſt ſuprà has inferiores aquas, cælum, ideſt firmamentum vnico nomine dici meretur: Nec dicendum eſt has aquas tranſgredi poſſe diuinum mandatum, iubentem aquas inferiores in vnum locum congregari, quod obedientiſſimæ Diuino Magiſtro naturæ repugnaret. Dùm igitur videmus aquas ſuprà nubis ſitum non elleuari; aſſerendum erit ſupra nubes ſtatim firmamentum, ideſt Cælum contineri.

Propium aquæ conſtat rarefieri per actionē agentium; Quo magis ergo aſcenderent, naturalis ratio dictaret magis rarefieri, eò maiori raritate, quò maior capacitas loci: attamen data etiam immenſitate capacitatis loci ad hoc adiuuante, aquæ coarctantur potius, quam rarefiant; & conſtringuntur quaſi ibi duriſſimum Vitrum, aut ſolidiſſima Chryſtallus obſtaret; Qui aliud Philoſophandum de frigore, aliaque cauſa remotiori; dum ſatis

eſt

eſt dicere, mandatum Dei & aquæ exequuntur cum eis imperauerit congregari, & ſeparari a ſuperioribus per firmamentum. Repetere ergo licet, Cælum verè & ſanè loquendo contineri a principio nubiũ vſq; ad ſupremas aquas, nomine cæli cryſtallini à multis vocitatas. Erit itaque vnum cælum indifferenter ſicuti vnum firmamentum in Sacra Pagina eſſe docetur, quod diuiſor aquarum eſt. Quod autem iſtud cælum debeat diuidi in plures partes, erit ad venuſtatem declarationis gratia.

Deus namque poſuit Stellas in cælo, atque cætera luminaria, & ibi ſecundum naturam luminaris, propium locum obtinuerant ſecundum legem illorum naturæ; Firmamentum enim nil, niſi diuiſio aquarum, ſeu confuſi illius chaotis per quod lux vagari debuerat ad illuminandum, & informandum Mundum. Attamen lux per ſe cum ſit ſpiritualior, & oculis cor-

poreis inuiſibilis, opus erat ei corpore aliquo opaco, vt per illud fieret ſenſibilis cæteris creaturis; Vnde ſummus Creator fabrefecit corpora Juminariũ, vt diximus ex congregatione ſuperiorum aquarũ in tale, ac tale corpus iuxta voluntatem ſuam, ac ei impartiuit lumen, vt inferioribus vndiquaque luceret: Sicut enim cuicumque in inferiori hac regione fabrefacto à Deo corpore aquæ inferiores commodauerunt materiam; ita, quod ſupra productum eſt non niſi aquarum ſuperiorum materia factum eſse dicendum erit: Ad quid multiplicandis materijs, dum conueniens erat ab vno confuſo Chao ſeparationem omnem ſubſequentem inducere?

Conglomeratas ergo aquarum ſuperiorum, aliquas partes in formam ſphericam, iuxta naturam ipſius aquæ, quæ ſphericè ſemper conglobatur, lumine eas condecorauit & infirmamẽto poſuit (quod cla-

clare in illa ſacrata Geneſi docetur) vt aliæ præeſsent diei, alteræ verò nocti, & eſsent in ſigna temporũ & viciſſitudinum ſublunariũ elementorum. Vnde ex hinc quam vanum & impium eſt aſtrologorũ conatum admittere, qui corpora illa ad præſcienda occulta iuditia Dei de futuris contingentibus circa mores, hominumque actiones aliaque accidentia, quæ ſola præſciri à mente ſupremi creatoris, in cuius verbo omnia includuntur, & a cuius velle omnia exierunt, obſeruant; Sed relinquamus eos in ſuo errore fluctuari, nobis ſufficiat ab iſtis corporibus alterationes temporum, elementorum & viciſſitudines totius anni prognoſticare quod intelligenti & experto infallibile erit cognoſcere.

Corpora luminoſa in illo vaſto firmamẽti obtinuere ſitu vnaquęq. ſuum locum, & ibi propia natura librata: ſunt enim corpora leuia de natura ſuperiorum aquarum, vt

diximus, attamen reſpectu firmamenti, & ob immenſitatem molis eſſent grauia, & ſuum locum tranſgrederentur, ni Dei mandato, gubernationemque Intelligentiæ ſibi aſſignatæ (vti quorumdam Theologorum non inanis opinio fuit) quæ creaturarũ quatumuis corporibus præſunt, adaucto rapido primi Motoris motu, in ſuo ſitu & poſitura reguntur; Motus namque circularis talis naturæ, vt quidquid per eum mouetur in propia ſphera, & ecclitica, vt ita dicam maneat. Experientia conſtat pondus quoduis, ſiue plumbeum, ſiue marmoreum qualiſcumquè magnitudinis dum ſpherice rotatur, ſuum pondus dimittere, & quaſi volans circa centrum rotatione circumferri; Filus enim quiuis tenuiſſimus poſſet eius ponderis grauitatem æquali à centro diſtantia, fræno coarctare; Rota etiam quæuis immenſæ etiam magnitudinis poſt primum motus

im-

impulſum, ſuaptè natura mouetur, & quo maior eo velocior,& facilior circa aſſem rotatur;vnde non mirum & corpora luminarium etiamſi extenſæ, & quaſi infinitæ magnitudinis in propia veluti sphera leuiter circumagi, nullo variato puncto veluti deffixa ſolidiſſimo eſſent parieti. Talis motus non aliundè,quam à viuaciſſimo ſpiritu illo lucis,quo corpora illa ſunt turgentiora, cauſam cognoſcit: quietis enim eſt ſpiritus impatiens, ab eo namque vitalium ſpirituum vires, & actiones dependent, vti peculiari libro de hominis mirabili ſtructura aliquando dicemus.

Celum igitur propiè pro firmamento accipitur,quod ſua natura vnicū, & indiſtinctum, at quia nos qui in inferiori loco poſiti ſumus quidquid ſupra nos eſt Cœli veſte ornatum videmus, ideo & aquarū, & empirei ſitum nomine cœli vocamus: Denominationem enim ſumere, aliquando licet à vi-

ſibiliori & patentiori: Inferiora namque elementa nomine terræ, ſicuti ſuperiora nomine cœli & ipſe Moyſes generaliter loquendo condecorauit; Vnde quidquid ſupra nos, cœlum, & quod infra hoc terra dici meretur: Tunc enim facile erit diuidere ſuperiorem hanc partem, cœlum vocatam, in tribus ordinibus quaſi in tribus cœlis diſtinctam.

Primum ergo cœlum, ſi liceat diuidere, erit ab elementari iſta regione immediatè ſupra nubes, vbi aquæ craſſiores ſuum terminum à Creatore aſſignatum ſub firmamento cognoſcunt, vſque ad ſitum ſtellarum fixarum: eo inquam loco in quo erratici Planete, ita dicti, quia ordinem in eorum motu inter ſe non obſeruant, ſed errando diſtinctè rotantur, ad vniuerſi formam impartiendam, & temporum mutationes exequendas. Secundum cœlum erit ſitus corporum fixorum, in quo ordinatim ſtellæ pro-

progrediuntur, æqua inter eos diſtantia ſemper obſeruata: Vnde ex tali inuariato motu, fixæ dicuntur, quaſi affixæ eſſent ſolidiori aliquo corpore: attamen, & primum & ſecundum hoc cœlum ſucceſſiuè vniuntur, nec aliqua apparet diſtinctio, dum idem ſit firmamentū & eadem Vniuerſi ſuperior pars vt diximus. Tertium cœlum erit ipſe locus aquarum ſuperiorum per firmamentum mediatorem ab infimo diuiſus, vbi cataratta cœlorum conſeruantur ad occultum Dei iudicium eſſequendum, quæ aquarum diluuies aliquando in perniciem hominum reprimendam viſa fuit, ſcælerum tempore diluuij examinatrix, & iuſtitiæ diuinæ nemeſis executrix. Vſque ad tertium hoc cœlum, quod propè eſt empyreo, vbi Maieſtas, Diuina & ſuprema illa Monarchia, ac ſpirituum ordines reſident, raptum fuiſſe Diuum Paulum credendum eſt: nam vlteriores termini non aſſignan-

tur in ſacra pagina.

Aquæ hæ ſi madefacient nec ne queri poteſt, at indubitabili cognitione dicendum erit non madefacere, ſunt enim aquæ rarefacte puriſſima rarefactione, & ſpiritus sũt aquarum: Si namque licet à fortiori argumẽtum ſumimere, dicamus, quod ſi rarefactio aquarum inferiorum, quæ ſunt craſſiores, & quaſi fæx reſpectu ſuperiorum, prohibet in hac aeris regione, quod madefaciant, quamuis vndiquaque extenſæ & per vniuerſum aerem expanſæ: eo minus madefacient illæ ſuperiores vaſtiſſimo loco diffuſæ & ſuaptè natura ſubtiliores: Hinc quo magis aqua rarefit eo magis illius priſtinæ puritatis naturæ accedit, quæ ſupra firmamentum poſita, nobiliſſima etherea portio eſt. Ex tali rarefactione aquarũ, & natura earum Philochimicus Hermeticus maiorem inſtructionem accipere debet, quam in tota Ariſtotilis & eius ſectæ ſcientia, quamuis acu-

tiſ-

tiſſima & alio genere doctiſſima. Quod innuere videtur Sandiuoius in nouo ſuo lumine, vbi docet obſeruare miracula naturæ, & præſertim ait in rarefactione aquæ &c. Quod melius ſuo loco explicabimus.

Firmamenti materia qualis fuerit, an ibi vacuum daretur, an aliud quid ab aquis circumdantibus diſtinctum, dubium, & incertum videtur; at ſi rerum naturas rectè perpenderimus; quamuis ſuperiorum ſecreta longinqua, & nobis obſcura, attamen & ea perluſtrare conceſſum erit. Aquarum ſubſtantia, vti diximus, vniuerſalem totius mundi materiam ſubminiſtrabat, veluti lux, generalem formam; at quia in firmamento potiſſimum vndiquaque diffuſa lux coarctari debuerat, & ibi loculentius vigeri, domicilium illius magis eſſe debebat lucis naturæ affine, quam ipſa materialis ſubſtantia, vt in propio & libero loco lux vagari, & ſplen-

didior apparere potuerat ; certò enim cognoſcitur aerem ſeu aeris naturam, luci, ſeu igni propinquiorem quam aqua ſit : dum exemplo ſcimus ignem noſtrum aere viuere quia ſuæ naturæ conſonus ; Vnde in illa ætherea regione & puriora elementa vigere manifeſtum erit, lux nempè pro igne, firmamentum pro aere, & aquæ ſuperiores pro aqua ; terra autem cum non ſit elementum propiè, ſed cortex & fex elementorum, ideo cum in illo loco excrementis non detur locus: non immeritò terræ ſedes erit denegata : cum enim ignita lux ibi ſit in propia domo, naturaliter non violenter, nec duro cortice conſeruari opus habuit, ſicuti in noſtris regionibus, vt infra modò dicetur.

De cœlo, eorumque corporibus iam dictum, nunc ad inferiora elementa propius accedamus, at quia ſæpius facta eſt mentio aquarum inferiorum de illis, eorumque congre-

gre.

gregatione aliquid in medium proferamus.

Separatis, per Verbum Dei, aquis inferioribus in vnum locum, & ad hoc adiuuante per lucis actionem receſſu tenebrarum, quæ in imis refugere conatæ fuerunt, en ſtatim nouum Chaos inferioris naturæ quodammodo ſeſe repræſentare: ibi enim & cętera elementa erant inordinata & confuſa, & nulla actio oriebatur: quando Creator ſapientiſſimus lucem, & huic naturæ concedere in mentem venit; at quia de natura lucis erat in ſublime attolli, nec congruum illic ſubiectum inuenire, dedit eis habitaculum, quantum fieri poterat, ſibi conueniens, quod ignis eſt & auriga lucis, alias ſine nobiliſſimo hoc corpore, lucem impoſſibile eſſet detinere: verùm quia ignis eſt puriſſima, & ſicciſſima illius ſecundi Chaos pars, id eſt puriſſima aeris portio humidum ſuum naturale & aereum, vltra modum ſitiens, & at-

trahens, naturali ſua actione attra-
hactũ conſummeret, & ſe in maiorem quantitatem extenderet, itaut totum ferè mundum adureret, & totum inferiorem aerem, & aquam in illum conuerſam abſumeret: Vnde prouida natura, ſeu potius naturæ Author, ſi ignem nobis pro luci væhiculo voluit concedere, opus fuit illi aſſignare carcerem durıſſimum, terram nempè, & inuolucris impuriſſimis eum detinere, nè liberè auffugeret, ſed duplici vinculo colligatus, terrę nempe frigiditate, & aquæ craſſioris humiditate per antiripariſteſim à ſuis contrariis repulſus, detineretur incluſus in commodum inferioris naturæ. Iam ignem habes formæ, ideſt lucis vehiculum, & ſedes in terra, ideſt cortice, aut fece inferioris aquæ locatum, & detentum.

Ignis iſte agit in materiam ſibi viciniorem, & aptiorem ad patiendum, aquam nempè, quæ ſtatim rareſcit & in naturam aeris conuerti-

tur

tur,qui eſt aer,ille infra,nubes aquę permixtus per attrahationem ſuperiorum. Si talis ignis in centro terræ aëream humiditatem, per ſuam actionem productam occluſam inuenerit,nulla præuia exhalatione ob locorum duritiem,& opacitatem terræ,tunc iterum in illam humiditatem agat,& coniungendo ſe cum terræ ſiccioribus, & ſubtilioribus partibus adaucta illa aerea humiditate, exinde fit ſulphur bituminoſum terræum iuxta diuerſitatem loci diuerſum. Si autem aer ille locum exitus inuenerit, commouet alium aerem ventiq; originem cauſat: Sin verò ignis ille agat in aqueam humiditatem, exhalata aerea, & vniendo ſe cum purioribus ſicciſſimisque terræ partibus, quibus adhæret, fit ſal commune: Vnde ex hinc dependet cauſa ſalſedinis maris. Maris enim alueus cũ ſit proffundiſſimus, & quaſi in centrum terræ perueniat, vbi potiſſimum ignis centralis viget, ob va-

ſtitatem ſui aluei, & quantitatem aquarum ibi congregatarum, & aliqualem quietem facientium, ignis ille agit continuò in materiam illam humidam, aerea ſemper quouis momento exhalante per aquæ poros, vnde generatur ſal: exhalationis dictæ cauſa ſunt procellarum maris turbinum æſtusque, qui a mare proueniunt: Sed de iſtis fluxu, & æſtu ſuo loco aliquando meliori declaratione dicemus: ſatis modò eſt ſcire cauſam generalem prouenientem ab exhalatione illius aereæ humiditatis, quæ non retinetur, vti in terræ locis occluſiſſimis in quibus aliquando illa aerea exhalatio mouetur, & poſtea aliū locum occluſum de repentè inuenit, & ſic terræmotus ingentes, ſecundùm quantitatem materiæ oriuntur. Ex illa ergo continua actione ignis in profundum Maris, in aqueam humiditate per vnionē terræ ſubtiliſſimarum partium, vt diximus fit ſal, quod fluctuatione ip-

ipſius maris à cauernis terræ, exhauritur, & ipſa aqua eo impregnatur continua commotione, & fit ſalſa: At tranſeuntes hæc aquæ ſalſæ per poros terræ curſu indeſinenti, ignis ille agere non valet, quò minus profundiores ſunt aluei illius fontis, aut fluminis: Generatio enim ſalis non in ſuperficie fundi, ſed ſub terra initium ſumit; Hinc eſt, quod ſi aluei ſint creta obducti, ſic, vt poros minores habeant, aut aqua profundum non ingrediatur, vt inſeruiat generationi ſalium, aut productum ſal nō exhauriat, & eò aqua non impregnatur, tunc reſidet diſperſum in viſceribus terræ, aqua verò illa in ſuperficie remanet, vti erat dulcis: In maris autem profundo, vbi arenæ quantitas reperitur, datur exitus aquæ, vt poſſit ingredi, & imbui ſubſtantia ſalis, & ſic ſalſa fieri.

En Cęlum, terra, mareque ab illo indifformi chaote producta,

quo-

quorum naturalis dimenſio, Orbem hunc conſtituit, cuius lex, ordo, & menſura, quia peculiari libro dilucidari animus eſt, ideo ibi remittitur Lector.

III.

O del diuino Hermete
Emoli Figli, a cui l'Arte paterna
Fà, che Natura appar ſenza alcun Velo,
Voi ſol, ſol voi ſapete,
Come mai fabricò la Terra, e'l Cielo,
Da l'indiſtinto Chaos la deſtra eterna.
La grande Opera voſtra
Chiaramente ui moſtra,
Che Dio nel modo iſteſſo, onde è produtto
Il Fiſico Eliſſir, compoſe il Tutto.

CA-

CAPVT TERTIVM.

FIlij ſoli Hermeticæ diſciplinæ totius naturæ fundamentum cognoſcunt: ſolummodò illi veram Phiſim vident, quibus lumen ipſius naturæ obuium: Aquilini partus ſunt, quibus a principio ſuæ natiuitatis Solem, fontem luminis, aſpicere occulis deffiſſis datum eſt; immò Solis filium præmanibus tractant, è puteo extrahunt, lauant, lotum nutriunt, & ad maturiorem ætatem promouent. Iſti ſunt, qui veram Dianam ſororem adorant, qui Ioue propitio, in natiuitatis eorum horoſcopo, fortunam habuere fecundam, qui quaſi Simiæ Creatoris in eorum lapidis fabrifactura ſummum Creatorem venerantur, adorant Clementem, quantùm fieri decet imitantur Sapientes, rogant humiles, laudant feſtinantes, & illi gratias refferunt poſſiden-

fidentes. Quis, nam crederet ex vnico confuſo corpuſcolo, vbi nil, niſi fæces occultis vulgaribus apparent, vbi ſola eſt abominatio, ſapiens Chymicus caliginoſam, & Mercurialem ſuam humiditatem, omnia in ſe compræhendentem, ad opus neceſſaria, iuxtà illud: eſt in Mercurio quidquid quærunt ſapiẽtes, extrahere poſſit? & in iſto ſuperiorum, & inferiorum aquarum ſacrario elementa occulta reperire, per ſecundam ſeparationem Phiſicam extrahenda, purificanda, & ad actum generationis poſt corruptionem promouenda? Quis vnquàm crederet, ibi, & reperiri firmamentum diuisorem ſuperiorũ, & inferiorum aquarum, & delatorem corporum luminarium, in quibus corpora ipſa luminoſa aliquando patiuntur ecclipſim? Quis vnquàm crederet ibi in centro terræ, & ignis concludi? ignis ille, qui eſt auriga lucis, ignis, qui non conſumens eſt, & diuorans, ſed nutriẽs,

&

& naturalis, atque fons naturæ cuius actione in profundo Maris Philoſophici, & ſal generatur, & in terræ Virgineæ ſinubus, ſulphur verum Naturæ, Mercurius Sapientum, & lapis Philoſophorum inuenitur? O vos fœlici, qui ſuperiores cum inferioribus aquas coniunxiſti medio firmamenti: O vos ſapientiores, qui per ignem, & aquã terram abuſti, & cremaſti, & in ethere ſublimaſtis; certè terrenæ beatitudinis gloria vobis adhærit, a vobis omnis obſcuritas per ſemper auffugiet. Vos vidiſtis aquas ſuperiores non madefacientes, lucem manibus tractauiſtis, aerem conſtrixiſtis; Ignem nutriuiſtis, terram ſublimauiſtis in Mercurium, in Salem, deniq; in ſulphur. Vos Centrum cognouiſtis, è centro lucis radios extraxiſtis, per lumen tenebras expuliſtis, diem nouum vidiſtis. Vobis ortus eſt Mercurius, in manibus veſtris Lunam habuiſtis. Vobis Sol natus, re-

renatus, & exaltatus. Solem in rubedine veneraſtis. Lunam in albedine ſalutauiſtis, Stellasque ceteras in noctis tenebras adorauiſtis. Tenebræ ante lucem, tenebræ poſt lucem, & lux cum tenebris vobis apparuit. Quid amplius dicam? Vos Chaos produxiſtis, formam ab eo extraxiſtis, materiam primam habuiſtis, hanc nobiliori forma informauiſtis, per formam ſecundo corrupuiſtis, & in formam transmutauiſtis. Amplius fari non decet, quia non plus loqui in hac ſcientia, quam oporteat.

IV.

Ma di ritrar non vaglio
Con debil penna un Paragon si uaſto
Io non eſperto ancor Figlio de l'Arte.
Se ben certo berſaglio
Scoprono al guardo mio le uoſtre Carte,

Se-

Se ben m'è noto il prouido Illiaſto,
Se ben non m'e naſcoſto
Il mirabil Compoſto,
Per cui voi di potenza hauete eſtratto
La purità degli Elementi in Atto.

CAPVT QVARTVM.

HIc Auctor ſe excuſat ſimilitudinem ſupradictam in medium afferre: Veri Philoſophi munus humili corde iactantiam ſpernere; Omnes enim de hac ſcientia loquuntur, ſed non omnes, quod intelligendum eſt, intelligunt; Omnes ſciunt, quod Mercurius, & ſulphur in compoſitione illa mirabili requiratur, ſed qualis nam ſit ille Mercurius, quale ſulphur obcæcati, immò priuati lumine, quò tendunt, neſciunt quid tangant, non cognoſcunt: Viæ illis inextricabiles; termini viarũ incogniti, & media prorsùs obſcura; Sufficit illis,

co-

& cognoſcere Vulgi Mercurium, lis conſtanti arrogātia aſſerere non eſſe alium præter ipſum, hoc apertè negante doctiſſimo illo Sandiuoio in ſuo dialogo docente, eſſe, & alium Mercurium: & amplius ſcriptum inuenitur; Mercurium hunc non eſſe natum, ſed de corpore extractum; & quamuis omnes Philoſophi Mercurium vulgì damnent, & prohibeant eo vti, pertinaces textus commentant, & Philoſophos loqui non eſſe ſuum cum eſt in forma illa, ſed redactum in aliam formam, laboratum, & ſuo modo purificatum Quæ dementia, ſi verbi gratia quis prohiberet in confectione vitri ſulphur accipere, & ex illo alius indoctè conaretur vitrum extrahere ſola indutus ratione, quod prohibens loquatur de ſulphure vti eſt, non de laborato purificato, diſcurrens ſuo capite, quod etiam, & ſulphur aliquando fuit terra, & in cinere poſſit conuerti, ex qua vitrum deduci poſ-

poſſit: Non né contra intentionem prohibentis faceret? non nè ſulphur ſemper auolaret? non nè opus erit ſemper irritum? talia operantur laborantes in Mercurio vulgi, qui iam tranſiuit in alienam ſubſtantiam ineptam arti, & quamuis ille Mercurius, & aurum, cęteraq; metalla, immò omnia corpora ſublunarium, Mercurium Philoſophorum in ſe naturaliter contineant: attamen ſtultitia eſt, ſicut in iſtis, ità in illis laborare, dum ſolum cum propinquo ad veram generationem ars opus habere debet. Opus eſt laborare ſuper vnum corpus à natura creatum, tanquam prouida mater in artis auxilium, in quo corpore, & Sulphur, & Mercurius permixta inneniantur, at debili filo ligata, quæ artifex ſoluere debet, purificare, & iterum mirabili modo vnire: ſed hęc omnia natura duce non propio capite, non labore vulgari, ſed occulta ſapientia, induſtria ſagaci, & na-

tu-

turæ documento; Natura enim debet eſſe ductor omnium operum Philoſophicarum, & ea duce ad terminum curſus, & non alio medio peruenitur.

Corpus illud à noſtro Auctore Illiaſti nomine decoratum eſt, & verè eſt illud Hyle, quod in ſe in noua hac productione omnia elementa continet, quę quamuis confuſa, ſagaci artis induſtria, miniſtrante natura, debent ſeparari, & purificari, vt iterum coniuncta, verum chaos Philoſophicum, cęlum nouum, & terra noua oriatur. De iſto Hyle, ſeù Chaos dictum, Bernardus Pennotus in ſuis de opere Phiſico cannonibus mirabilitèr loquitur, crudis lineamentis eſſentiã in eo effigiatam eſſe, in qua ſpiritus ille habitat, quem quærimus. Hanc ſimilitudinem affert etiam Ripleus Anglus in principio ſuarum portarum. Item Ægidius de Vadis in dialogo naturæ digito aureo clarè demonſtrat, remanſiſ-

ſe

ſe in hoc Mundo illius primi chaotis partem aliquam ab omnibus cognitam, ſpretamque, & palam vendibilem. Et innumeros poſſem refferre auctores, qui de iſto Chaos, maſſaque confuſa loquuntur, at eorum locutiones non niſi à filijs artis intelliguntur; Sunt enim Oracula Sphingis, quæ iuxta conditionem intelligentiæ finem conferũt; Sub eadem lance, & mors, & medicina latent; Qui angues hermeticos tractare conatur, theoricè fundamentum ſit illis diffenſiuum, ni velit indagando vitam, perditionem inuenire. Quam miſeri ſunt illi Philoſophaſtri, qui ſimplici librorum lectione, manus ad aratrum, vt dicitur, aſſumunt; Non lectio, ſed intellectio iuuat. Si verba Philoſophorum ad ſonum litteræ eſſent intelligenda: Oh quot Sapientiſſimi, quot Hermetes, quot Gebri in mundo eſſent, at, vnus Geber, vnus Hermes fuit, & erit; Sufficiat Sapientioribus filij

Hermetis eſſe, nec exiſtiment ſe, poſſe facere, niſi prius diſcant facere. Auctor noſter cognouit hęc, quid illi iuuaret cognitionem materiæ, quid operationes cęteræ, quid Illiaſti naturam notam habere ſine librorum vſu, ſine perfecta theoricæ doctrina? Eſt opus Philoſophorum, non Chymiculorum; eſt opus naturale, non ſubtilitas artis: naturam prius diſcere oportet, quam deſcriptam in pluribus locis, ò lector, inuenies, at tuum eſt roſas è ſpinis ſeparare: Si deeſt tibi ſpiritus, quid iuuat librorum copia, abundantia doctorum? erit confuſio, non ſcientia, erit perditio, non acquiſitio Sapientiæ.

V.

V.

Se ben da me s'intende ,
Ch'altro non è voſtro Mercurio
ignoto ;
Che un uiuo ſpirto uniuerſale in-
nato ,
Che dal Sole diſcende
In aereo Vapor, ſempre agitato,
Ad empier de la Terra il centro
voto :
Che di quì poi ſe n'eſce
Tra ſolfi impuri , e creſce
Di uolatile in fiſſo, e preſa forma
D'humido radical ſe ſteſſo infor-
ma.

CAPVT QVINTVM.

IAm tempus eſt fundamentum totius doctrinæ , quantum animus valet, in lucem proferre ; Quid enim iuuaret cognoſcere ſubiectū ſciētiæ, ſi quid

in eo abſconſum, quid ab eo accipiendum ignoretur? Sìc Poëta noſter progreditur naturam Mercurij illius Philoſophici narrare, & occultò velo ignorantum occulis obuelare, ſapientibus autem ſatis manifeſtare.

Iſtius Mercurij duplicem aſſignat motum, vnum deſcenſus, alium aſcenſus. Deſcenſus eius ſicuti naturalis per radios Solis, luminoſumquè corporum, qui ſuaptè natura in hæc inferiora feruntur ad informandum materias diſpoſitas, & propio vitali ſpiritu ad viuificandum ſopitum naturæ ignem, ità eius aſcenſus eſt ſimiliter naturalis ad purificandum, ſe ab excrementis contractis, ad eleuanda pura elementa, cum quibus vnitur,& ad confortandam ſuam naturam; in patriam regreditur ſenior factus, ſed nec perfectior, nec maturior.

Sicuti iſtius Mercurij duplex eſt Motus, ità duplex natura in eo inue-

uenitur, vna ignea, & fixa, altera humida, & volatilis, & ſic ipſe diſcordantes concordat, & contraria conciliatur. Naturam ſi ſpectemus intrinſecam, eſt cor omniũ fixiſſimum, puriſſimum, & in igne conſtantiſſimum, verus filius Solis, verus ignis naturæ, ignis eſſentialis, verus auriga lucis, & verum ſulphur Philoſophorum; omnis ſplendor ab eo: omnis vita à ſuo lumine, & omnis ſpiritus à ſuo motu. Si verò eius naturam extrinſecam ſpectemus, eſt omnium ſpirituum ſpiritualior, omnium puritatum puritas, omnium elementorum quinta eſſentia, totius naturæ fundamentum, materia prima omnium rerum, liquor elementaris, & verus Mercurius Philoſophorum: Vnde ſecundum duplicem naturam, & duplicem motum, conſiderandus eſt dupliciter Mercurius; antè enim congelationem in via diſcenſus, eſt vapor aereus elementorum puriſſimus,

ſeù de natura ſuperiorum aquarũ, in ventre ſuo ſpiritum lucis naturaliter portans, & verum ignem naturæ, volatilis eſt, & natura humidus, illius primi Illiaſti nobiliſſima portio, illius priſtinæ humiditatis aqua permanens, nunquam deſinens, incorruptibilis, Ventus cęlorum, qui in ventre ſuo Solis fæcunditatem deffert, Alis ſuis nuditatem ignis velat. Poſt autem congelationem humidum rerum radicalem, qui etiam ſi ſcorijs vilioribus indutus ſit, attamen nobilitatem ſuæ naturæ non obnubilat, nec priſtinum decus fędatur: Virgo nobiliſſima eſt virginitatis florem non amittens, quamuis in plateis comunioribusquè locis vagatur: in vnoquoquè corpore reperitur, & vnumquodquè compoſitum eum cęlat. Quid enim eſſet corpus ſine humido ſuo radicali? vbi ſubſtantia quęlibet ſubſiſteret ſine propio ſubiecto? vbi ſpiritus coarcerentur ſine propia ſede? vbi ſulphur naturæ

ræ detineretur ſine propia carce-re?at vt eum melius cognoſcamus, melius rerum naturam perpendamus.

Sciendum eſt triplicem humiditatem in omni compoſito reperiri, vt doctè Eualdus Vogelius in ſuo de radicali humiditate capite docetur, vt ſufficeret ſolum ibi lectorem remittere, ſed vt omnia ante occulos habeantur repetam, triplicem humiditatem reperiri, vna vocatur elementaris, quæ in quouis corpore pertinacitèr eſt vnita terræ, quæ terra, & aqua vaſa aliorum elementorum dicuntur. Iſta humiditas nunquam in totum deſerit compoſitum, ſed ſemper remanet in ipſis etiam cineribus, & in ſale ipſorum, immò quod eſt mirabilius in ipſo vitro, cui fluiditatem præſtat, & verum, & puriſſimum eſt aquæ elementum, id eſt non alteratum, neque paſſum ab alijs elementis, ſed in ſua natura ſimplici aquea permanens, ſolum

mòdò terreæ parti vnitum. Adeſt ſecunda in corpore humiditas, quę radicalis vocatur, de qua aliquid dictum eſt ſupra, & melius infra dicemus; In hac humiditate potiſſimum vigent vires ipſius corporis; hæc accenditur, & auras petit, & ſeparatur à compoſito, quamquam in aliqua ſui portiuncula pertinax ſit, vt etiam aliquando in cineribus reperiatur, at in vitrificatione tota diſſipatur, & in auras aufugit. Tertia, alimentitia humiditas vocatur, & eſt alimentum ſuperueniens, & eſt de natura humiditatis radicalis, attamen antè congelationem, & antequam paſſa ſit alterationem conſiderabilem ab aliquo agente ſpecifico: Hæc volatilis eſt, & ferè prima corpus deferens: Multis nominibus nominatur, & aliquando à Philoſophis pro radicali ſumitur ad confuſionem legentium, & declarationem ſui propij ſenſus. Trinæ hæ humiditates à ſtudentibus in hac arte

ſunt

ſunt melius cognoſcendæ, quàm intelligentia idiomatis, ſeù linguæ vernaculæ propiæ: Sine enim cognitione harum, Mercurium Philoſophorum impoſſibile eſt cognoſcere.

De prima humiditate, quòd attinet, paucis dicam verbis, eam eſſe craſſum elementum aqueum, cum altero, craſſiori terreo vnitum, & propiè ſunt vaſa naturæ, in quibus alia duo elementa puriora occulta continentur; In terra nempè ignis, & in aqua aer, ſed non immediatè, nam verus aer alio puriori corpore clauditur, ſicut verus etiam ignis. Corpora etiam prædicta duo elementa paſſim à Philoſophis vocantur, quia præſtant corpus toti naturę, & ſubſtantia, ac veſte eorum coopereritur nuditas verorum elemẽtorum, quamuis terrę corpus omnia comprehendat, & veſte ſua omnia induat.

De ſecunda humiditate radicali

item dicendum, quod ſit humiditas aerea, ſi enim ante congelationem eſt vapor elementorum de natura ætheris, eamdem naturam retinebit poſt congelationem: vndè ſpeciem olei in quouis compoſito propiè ſuſcipit, præſertim in Vegetabilibus, & animalibus: In mineralibus verò, quia illa potiſſimè aquea humiditate abundant, & terrea ſubſtantia ſunt ligata, ideò oleum illorum paſſum eſt aliquatem terream, & craſſam alterationem, vt olei natura, vbi humiditas viget, quaſi in terream qualitatem, in qua ſiccitas principaliter dominatur, tranſmutata ſit. Vnde humidum radicale præſertim metallorum pertinacius reſiſtit igni, quam humidum aliorum corporum: attamen non eſt in omnibus fixum, quia humiditas aquea præualet terreæ naturæ: Verùm ſi talis humiditas coerceretur, & coctione alteraretur, tunc benè illorum humidum radicale eſſet conſtantiſſimum,

mum,& in igne fixiſſimum. Oleum igitur abundat humiditate aerea: hinc cauſa eſt, quod ardeat, & accendatur cum ſola humiditas aerea ardeant; cœteræ euaneſcant ſine accenſione: Aer enim eſt nutrimentum ignis, & ignis aere viuit, & eo nutritur, & gaudet, ſuoque corpore veſtitur. Vnde conſtat, quod quidquid eſt oleoſæ ſubſtantiæ in corporibus humiditatem hanc radicalem contineat. In vegetabilibus oleitatis ſpeciem habet, in animalibus pinguedinis, in Mineralibus ſulphuris, vt diximus, quamuis aliquando contiget corpora ſupradicta variare etiam nomē, & ſpeciem illius ſubſtantiæ, tamen in ſuo intrinſeco ſola eſt hæc humiditas aerea, & radicalis conſideranda. Conſumpta hac humiditate compoſitum, & corpus naturæ ruit, nec ampliùs eſt, quod erat: hac alterata, & alteratur compoſitum. In hac ſola humiditate verum ſubiectum alterationum omnium,

& generationum fundamentum conſiſtit. Permanente iſta humiditate permanet, & virtus ipſius cõpoſiti; & ſecundum deſinentiam, aut ſuperabundantiam ipſius, & viget, & langueſcit compoſitum; Natura in hac deliteſcit, & ſub iſta coaceruatur, ipſa eſt verum ſperma rerum, in quo punctus ſeminis conſeruatur, vt infra dicetur.

De tertia etiam humiditate amplius dicimus eam eſſe Mercurium vegetabilem in via adhuc deſcenſus, cum per radios Planetarum defertur ad vegetandam naturam, & ad multiplicandum in corporibus ſemen: at quia eſt vapor ſubtiliſſimus ſpirituali ſſimus, vti innuit doctiſſimè Auctor noſter, vt hæc inferiora penetret, & illis ſe immiſceat, opus eſt illi, corpus recipere in aqueam formam, & aquæ ſpeciem induere; vndè tali aquea humiditate præſeruat corpora ne comburantur, & inſeruit ad rerum productionem in actu generationis:

nis: ipſe enim eſt ſoluens naturæ ſua innata ſpiritualitate corpora penetrans, & ignem ſopitum ſuſcitans, ſua humiditate corruptionẽ, & nigredinem cauſans, & cum in corpore maximè Minerali aciditatem acquiſiuerit, eſt acutiſſimus acidiſſimus, & omnium motionum auctor: Menſtruo etiam comparatur, & habet talem, ac tantam Virtutem, vt fari non deceat, licet per ſe conſideratus, & groſſo modo cognitus, ſit imperfectus, crudiſſimus & abiectiſſimus: ſed de iſto modò ſatis.

Quatuor Philoſophi habent Mercurios, nomina quorum ita legentem confundũt, vt impoſſibile videatur nucleum veritatis inde eximere. Principalis, & nobiliſſimus dicitur Mercurius Corporum, tanquàm virtuoſior, & actiuior, in cuius indagatione tota deſudat chymica, cum ipſum ſit ſemen quæſitum, & per ipſum eſt vera tinctura, & verus lapis Philoſophorum: Per

hunc

hunc indagandum, moti ſunt Philoſophi tanta ſcribere, & tanta tentare; ipſe eſt verè lapis, quem, qui non cognoſcit in eo caput infrangit, & vitam cum miſeria deſerit. Secundus vocatur Mercurius naturæ, cuius acquiſitio requirit hominem ſagaciſſimum, & doctiſſimum, eſt enim balneum verum ſapientum, vas Philoſophorum, aqua verè philoſophica, ſperma Metallorum, & totius naturæ fundamentum, idem quod humidum radicale ſupra oſtenſum. Tertius vocatur Mercurius Philoſophorũ, eo, quia per ſolos philoſophos habeatur, nec eſt vendibilis, nec cognoſcibilis, nec inuenibilis, niſi in apothecis philoſophorum, & eorum Mineris, iſte eſt vera ſphera Saturni, vera Diana, verum ſal metallorum, cuius acquiſitio ſuperat humanum captum: cuius natura potentiſſima, à quo opus verè philoſophicum initium ſumit, poſt nempè eius acquiſitionẽ. Oh quot

Eni-

Enigmata ab eo ſumunt exordiũ; quot parabolæ de eo ſolo loquuntur; quot tractatus de eo ſolo ſcribuntur; eſt ita inuolucris obuelatum, vt tota mentium Philoſophorum argutia in eo ſolo occultando deſudarit. Quartus Mercurius dicitur communis, non ille Mercurius vulgi, qui ſola ſimilitudine talis nominatur, ſed Mercurius ille verus aer philoſophorum, vera media aquæ ſubſtantia, & verus ignis occultus, & ſecretus, ideò dictus communis, quia communis omnibus mineris, & ab eo corpora mineralium quantitatem ſumunt, & in eo metallorum ſubſtantia conſiſtit.

Hos quatuor Mercurios ſi rectè, ò lector, cognoſcis, iam tibi patet ianua: Sacrarium tibi naturæ apertum. En habes in hijs tria perfecta elementa aerem, aquam, & ignem, puram terram autem, non niſi calcinatione philoſophica obtinere potes: Tunc virtus lapidis

integra erit cum omnia verſa fuerint in terram. Maiori declaratione natura Mercurij non poteſt demonſtrari, quod egregiè a noſtro auctore diuerſo tamen ſtilo palam factum, & doctè demonſtratum eſt; at in gratia Tyronum, quæ diximus, declarauimus quantum fieri potuit breuibus verbis, & quantum decet huic ſcientiæ apertis, ſed in ſequentibus altiora cognoſces, & pulchriora videbis, ità vt nil tibi reſtet, niſi manus ad opus applicare; ſed quæ legis prius ſcias, antequam executioni mandes.

V I.

Se bene io sò, che ſenza
Siggillarſi di Verno il Vaſo ouale
Non ſi ferma in lui mai vapore illuſtre,

Che,

Che, ſe pronta Aſſiſtenza
Non hà d'occhio Linceo, di mano induſtre
More il candido Infante al ſuo Natale;
Che più nol ciban poi
I primi humori ſuoi,
Come l'Huom, che ne l'Vtero ſi paſce.
D'impuro ſangue, e poi di latte in faſce.

CAPVT SEXTVM.

DE hoc ſigillo hermetico varia in multis locis ab auctoribus edita fuere, vno ore aſſerentia ſine iſto totum magiſterium annichilari, mediante hoc ſpiritus conſeruari,& vas muniri.Sed quid Auctor hyemis nomine velit dicere dubiũ mihi adhuc eſt, ita vt crederem fuiſſe errorem ſcripturæ, quaſi velet dicere. *Sigilarſi di vetro,non di verno*, dictionis enim ſimilitudo fa-

facile errare facit calamum,& mē-
tem ſcribentis: Attamen non mihi
latet quid,& Sandiuoius inter alios
dixerit, quod hyems eſt putrefa-
ctionis cauſa, ita vt pori arborum,
& herbarum à frigore ambiente
obſtruantur, & melius ſpiritus ibi
conſeruantur,& inuicem agunt: At
non video quomodò in noſtro o-
pere, vbi calor eſt, neceſſarius vſ-
què in finem, frigus poſſit habere
locum, vt externè circundet, eò
magis, quod ab Auctoribus dica-
tur, quod ſi deſinat ignis ſtatim
ruit compoſitio,& annichilatur o-
pus;exemplum afferunt oui ſub gal-
lina incubante ad pulli productio-
nem appoſiti, ſi refrigeratur perit
generatio; & hoc quotidiè experi-
mur in Columbarijs, cæteriſquè
locis, vbi domeſtici animales oua
excludunt, quod hyemis tempore
maxima ouorum copia perit, &
generatio fruſtratur: Vnde ambi-
guus mihi reſtat animus de inten-
tione Auctoris; Sed tu, ò Lector,
quan-

quando debito tempore opus tuũ in vaſe ponere vis ſtudes, vt induſtria tua vas ſigilletur, ita vt virtus in vigore intus retineatur, ne extra vas exſudent aquæ illæ ſalutares, & precioſiſſimæ: Hìc enim cõſiſtit periculum: Vnde confer opus tuum cum operæ naturæ, ità vt ipſa ſit tua magiſtra, & obſerues quo modo, & illa in tali ſigillo operetur necne, ac ſemper in mentem habeas naturæ arcanum, tùm in imponendo in vaſe, tùm in vaſe ſigillando; cognitio enim vnius ordinem alterius docet. Si vis frigus é domo excludere appone ignẽ, & ſi vis fugitiuum in patriam retinere circumda muros inimicis, ne in manu hoſtium euadat, domi manebit; Eſto prudens.

Manus obſtetricium certum eſt in ortu infantis requiri; at ſi nimis improuidæ infantem receperint, facilè eſt ab eorum manibus dilabi: Si receptum linteis ante tempus nimius ſtrictè perſtrinxerint, pe-

periculum eſt ſuffocari: Si aliquod ei nocens, aut ſecondinas, aut alias ſuperfluitates non extruderint, necari, aut perpetuò contagio infirmari fætum contigit: Vnde vigilantia meritò, & prudentia in tali caſu laudatur. Vnaquæquè res horam ſui ortus cognoſcit; Autumnum maturationis ſuæ vnuſquiſq; habet. Fructus ante tempus collecti nunquam ad perfectam maturationem perueniunt, & plus iuxto facti maturi marceſcunt; vnde medius terminus perfectè maturationis cognoſcendus. Quid iuuaret fructum collere, inaquare, & maturare, in tempore autem propio non colligere? Certè opus fruſtratum, & inanis omnis antecedens labor.

Tempus determinatum non eſt ab auctoribus, qui inter ſe variant, attamèn ſufficit fructum quemlibet in ſua ſtatione colligere. Natura ſicuti numeris ſuis gaudet ita ſeptenario myſtico numero eſt cō-

ten-

tenta, & præcipuè in rebus illis, quæ à lunari lumine gubernantur. Diſcus enim Lunaris in omni ſeptenario euidentiorem alterationē patitur; Illo numero gubernatur occultè natura, & quidquid eius Monarchiæ ſubiacet. Hoc naturale Myſterium eſt obuælatum mentibus, quæ non poſſunt comprehendere, niſi ea, quæ occulus corporis manifeſtat: Vnde ſatis eis ſcire, quod vident, nec plus vlttò quærunt.

Septenarius numerus in arcanis Philoſophorum ſeruatur, eo Duce, qui vniuerſi ordinem menſuratur, ſecretiſſimi myſterij indagator erit, non omnibus reuelandi, ſe ſagaci ſilentio relinquendi: at de hijs aliquando ſatis, Deo concedente, in lucem dabimus.

Quid de nutritioue occultaquè multiplicatione dicendum? hoc inter ſecreta Philoſophorum repoſitum eſt arcanum. Quid prodeſſet meſſem colligere, ni collecta ſerua-

re-

retur? & ad vſum naturæ multiplicationis donaretur? Solùm ſufficeret ſine tanto labore granum, aut ſemen vti eſt ſeruare, & vſui dare. Triplicem autem augmẽtationem admittimus, vnam per nutritionem, aliam per nouæ materiæ appoſitionem, & alteram per dilatationem, aut rarefactionem, ſed hęc propiè non eſt augmẽtatio verum eiuſdem materiæ circumductio, & attenuatio partium eius; quò enim partes tenuiores eo dilatantur: De prioribus ergo duabus loquẽdum, at illa, quæ fit per additionem arti propiùs ſpectatur, quàm naturæ: natura enim non habet motum localem, nec membra ad hoc apta, attamen vtitur attrahactione, quæ propié dicitur augmẽtatio, & eſt illa prioris ordinis, quæ fit per nutritionem.

Vt fundamentũ nutritionis breuiter, & ſincerè intelligamus ſciendum eſt, omne ſiccum naturaliter attrahere ſuum humidum, & humi-

midum, quò ſpiritualiùs . ò faciliùs attrahitur: hoc ſtante, ignis naturę, qui in radicali humiditate deliteſcit, vt infra dicemus: & cum ſit ſicciſſimus, & actiuior cunctis elementis rariorem inter ea, & ſpiritualiorem attrahit nempè aerem: Hinc eſt, quod ablato aere ignis extinguatur, quia inſenſibiliter eius media ſubſtantia veſcitur, & nutritur, quæ media aerea ſubſtantia eò, quia corpore aqueo eſt veſtita expoliatur, ſe illo exteriori corticе noua corruptione, & in ſinubus humidi radicalis, quod eſt eiuſdem naturæ, ſed magis congelatus inſinuatur, atquè in ipſum humidum radicalem, per nouam generationẽm actione ignis digerentis, ſe transformat, hinc perpetua corruptio, & generatio. Verum non ſemper datur locus nouæ huic nutritioni, & deperditi reparationi, hinc eſt, quod corpus moritur pereunte humido illo radicali, ab igne propio abſorto: Vnam namque,

que, & eamdem actionem eodem tempore ignis facere debet, & conſummare digeſtum, & conſumptũ noua nutritione reſarcire, ſed aliquando ignis debilitatur, aut ſuperueniens aliquod accidens impedit talem attrahationem, vndè mors rerum ſequitur, & radicalis humiditatis totalis conſumptio: Ad hoc enim, vt nutritio ſequatur non ſufficit ignis agens, & conſumptio humidi radicalis,(quia ni conſummaretur ſemper natura eſſet conrenta, & immortale eſſet compoſitum, atquè in animalibus nunquam daretur fames appetitusquè noui cibi)nec etiam ſufficit nutritiuum cibum adeſſe, ſed inſuper requiritur, vt ęquiualens immò æquiualentior, ſit actio ignis reſiſtentiæ nutrientis aliàs fruſtraneus, erit attrahationis conatus, dum attrahactum in ſui naturam non conuerteret.

Exemplum in homine cuius naturalis ignis continuò, humidum ſuum

tempore ignis facere debet, & conſummare digeſtum, & conſumptum noua nutritione reſarcire, ſed aliquando ignis debilitatur, aut ſuperueniens aliquod accidens impedit talem attrahationem, vndè mors rerum ſequitur, & radicalis humiditatis totalis conſumptio: Ad hoc enim, vt nutritio ſequatur, non ſufficit ignis agens, & conſumptio humidi radicalis (quia ni conſummaretur ſemper natura eſſet contenta, & immortale eſſet compoſitum, atquè in animalibus nunquam daretur fames, appetitusq; noui cibi) nec etiam ſufficit nutritiuum cibum adeſſe, ſed inſuper requiritur, vt æquiualens immò æquiualentior, ſit actio ignis reſiſtentiæ nutrientis alias fruſtraneus erit attrahationis conatus, dum attrahatum in ſui naturam non conuerteret.

Exemplum in homine cuius naturalis ignis continuò humidū

ſuum radicale depaſcitur hinc fames, & nouæ eiuſdem materiæ appetitus, at cum cibus ei offertur, ſtatim eo repletus ſatiatur; habitibus enim in præſentia ceſſat motus. Vt autem cibus in alitum conuertatur, neceſsè eſt ei auſferre omnem impedimentum, & cibus exteriori cortice denudari, & per chyli formationem magis attenuari, àc quaſi in priſtini chaotis naturam migrari; tunc cibus rarefactus attrahitur à calore naturali in ſubſidium deperditi humidi radicalis, quod in totum ſemper, non reparatur propter continuum augumentum excrementorum cibalium, & debilitationem propii ignis agentis ob continuatam actionem: iuxta illud: omne agens agendo repatitur, & repatiendo debilitatur; & ſic hominis fit nutritio, & per conſequens augumentatio, per aſſimiliationem alimenti. Vnde à ſimili conſtat in opere phyſico,
il.

illud agens naturale, ideſt ignis naturæ continuò, per actionem ſuam humidum radicale conſumere; verùm in ſubſidium conſumpti nouus cibus ei dandus, at quia in principio eſt debilis virtutis, pauco, & ſubtiliori cibo nutriendus, vſquequò fortior ille ignis factus validiori cibo contentus eſſe debeat: Hinc auctor docet poſt primam infantis nutritionem alio cibo confortari, exemplo ſumpto in generatione fætus humani, qui in vtero mulieris debili menſtruo ſubſtentatur, & augetur, poſtea grandior factus extra vterum validiori cibo, nempè lacte nutritur.

VII.

Se ben sò tanto; pure
Hoggi in proua con voi d'vſcir non oſo,
Che anche gli errori altrui dubbio mi fanno.
Ma, ſe l'inuide cure
Ne la voſtra pietà luogo non hanno,
Voi togliete a l'Ingegno il cor dubbioſo.
Se'l magiſterio voſtro
Diſtintamente io moſtro
In queſti fogli miei, deh fate homai,
Che ſol legga in riſpoſta. OPRA, CHE'L SAI.

C A-

CAPVT SEPTIMVM.

ACcuratè poſtquàm Auctor ſcientiam diuini operis digito quaſi demonſtrauerit, ſe excuſat, alia eſſe ab ipſo intelligenda cognoſcens, & altiorem doctrinã ſapientibus Hermeticis conuenire; immò dubius, an aliquid in ſuo opere deeſt, an quid inordinatum reliquerit. Hinc Fumiuenduli illi diſcere tandem ſciant, quam arduum ſit ad hoc opus accedere, ſi illis nec ſufficiat operationes quaſquè vulgares exercere, quæ omnes quantumuis in illo genere perfectiſſimè, nihil valent, & pro nihilo à Philoſophis extimantur; Vnica enim, vt diximus operatio in toto magiſterio, quod videre eſt apud Auctores ad hoc commonefacientes, deferendas eſſe omnes operationes, quæ ſophiſticè ab illis dicuntur, & in ſola na-

turæ via manendum, vbi veritas latet, & verum opus.

In ſola ſublimatione philoſophica omnes hæ includuntur fabrifacturæ; Tot, ac tantæ operantum ſubtilitates in hac ſola continentur, & compræhenduntur, quã qui rectè facere ſit, iam vnum de maioribus ſecretis, & arcanis philoſophorum adeptus eſt. Sed vt eam cognoſcas, ſcias pro dilucidiori tua declaratione, quid ſit ſublimatio, per Gebrum definita, rei ſiccæ per ignem eleuatio, cum adhærentia ſui vaſis: Vt igitur bonam facias ſublimationem, tria tibi ſunt cognoſcenda, Ignis, Res ſicca, & Vas: Si hæc cognoſcis beatus es, attamen tibi opus eſt operam nauare, vt res ſicca adhęreat vaſi, aliàs ſi non adhæreret nihil valeret; Vt autem adhæreat, debet eſſe ſimilis naturæ vaſis. Hanc ſimilitudinem ſola eorum natura producit, natura enim ſicca eſt de natura ignis, quia iſte eſt

om-

omnium ſicciſſimus, & ſua ſicci-
tate continuò omnem humidita-
tem diſſipans eſt, & conſumens.
Vnde ſicuti abundat ſiccitate ita,
& puritate, verùm in hac ſubli-
matione maiorem puritatem adi-
piſcitur, quam antea in fæcibus
incluſus non habebat; ideo curan-
dum eſt, vt etiam vas ſit mundiſ-
ſimum, & puriſſimum, & de natu-
ra ignis; inter autem quaſcumquè
materias ſolùm vitrum, & aurum
ſunt conſtantiſſima, & in igne
gaudent, ac puriſſima: Verùm,
quia aurum magno emitur præ-
tio, & etiam facilè funditur; hinc
pauperes cogerentur opus philo-
ſophicum non ſuſcipere, ſed tan-
tummodò eſſet datum diuitibus,
& magnatibus, quod derrogaret
bonitati creatori, & prouidentiæ
eius, qui voluit, vt hoc ſecretum
omnibus indifferēter timentibus
ſe, eſſet commune. Vnde reſtat ac-
cipere vas vitreum, ſeu de natura
vitri puriſſimi extracti à cineri-

 bus

bus ingenio ſagaciſſimo: Sed videant hìc artis diſcipuli, nè cum vulgo errent in cognitione iſtius vitri philoſophici, quia ſenſum non ſonum litteræ eſt illi neceſſarium; Hoc monitum volo pietate offitii, & charitate. In vaſe ergo hoc cognito completur ſublimatio, hæc quãdo ſcilicet per ignem eleuatur natura ſicca, & adhæret ei propter puritatem, & conſimilem naturam. Attamen ſicuti in vaſis indagatione maximè inſudandum, itá in ignis conſtructione: Verum quia peculiari capite, de eo dicemus nunc ſatis eſſe cognoſcimus.

Hoc loco diſcãt chymici ignari, qui ad litteram litteras intelligere præſumunt, putantes ſuis ſublimationibus vulgaribus ſine præuia doctrina, opus perficere. Gebrum continuò legunt, & tamen nunquam intelligunt, poſtea experimentum ſi eis non ſuccedit, contra Philoſophos latrant: &

vnum

vnum Auctorem pro ſuo Magiſtro accipientes alios aſpicere libros dedignātur, neſcientes, quod liber librum aperit, & quod in vno inuenitur diminutum, in alio eſt completum. Legant libros, & ſpeciatim auctorum, qui minus inuidi, naturam poſteris docuerunt, inter quos, tractatus inſerti in Muſeo Hermetico, meo iuditio primum locum obtinent, præſertim tractatus ille *Viæ Veritatis*; Sed & in eo volumine, ſicuti in alijs, latet anguis, qui inſipientes prima lectione obmordet. Quid poſtea dicendum de tot voluminibus, ac libris peſte pernicioſiſſimis? & quamuis eorum auctores in ſuo ordine fuerint ſapientiſſimi, attamen veneno inuidiæ, vti credendum eſt, ità ſunt fœdati, vt meritò exiſtimarem tanti ſceleris cauſam numquam impunitam iri. Summus Iudex menſura, qua alios metimur, & nos metietur. Si proximi dilectio, & Creatoris do-

nota adoratio, totius Sanctæ legis, ac diuinarum ſanctionum ſit compendioſa Epitomes. Vbi lex? vbi mandatorum obſeruatio, ſi inuidiæ, & tyranidis Regnum orbē occupat? Ad quid iuuat talia adultera documenta, talia nefanda recepta, talia diabolica oracula, niſi ad ignorantum perditionem? Quid iuuat Philoſopho cauſam tanti mali producere, & ſuo ſudore venenatam hanc radicem adaquare? Satis in mundo pullulant peſtiferi hoc ſæculo ſurculi, & ex iſta pernicioſa ſemente abominabilis meſſis colligitur, abſquè eò, quod Satannis offitium alius præſtet ad zizaniam ſerendam.

Vos inuidi, cauſa tanti mali eſtis. Vos turbines domos quaſquē veſtro ruente flatu diuertitis. Vos atræ nebules, grandinibus tyranidis veſtræ meſſem pauperum diſſipatis. Vos ſagittæ, cuſpide veſtræ linguæ ſubſtantias miſerum in cinerem vertitis. Vos fędi vapo-

res

res maligno veſtro animo mentes legentium adumbratis. Si docere negligitis: diſcipulos promiſſis veſtris non congregate: Silete potiùs nam & apud Deum, ac Mundum maiorem gloriam tacendo adepti eritis, quam inuidè loquendo aliorum erroribus obſcuratis. Multi enim ſunt inter Auctores, qui alios dicentes fuiſſe eos inuidos, & veritatem obuelaſſe, verùm in eorum ſententijs maiorem adumbrationem mentibus inferunt, quàm primi. Vnde cauſa ſunt, vt miſeri ſtudentes nõ niſi confuſionem ex eorum doctrina percipiant. Auctor enim vnus, quę alius prohibuit collaudat, & ad cœlum extollit; Alius docet ſumere, quod omnes eicere jubent, & ita confundunt legentem, vt qui magis ſtudent minorem fidem arti præſtare conentur.

Nullus eſt, qui inter ſcribentes, non promittat ſe loquuturum ſi-

deliter, & ſincerè, & tamen ita ambiguus, & confuſus in ſuis dictionibus, vt vix a quolibet docto in hac arte poſſet intelligi, & quamuis ſe excuſet limitatam habere loquendi licentiam, & ſigillo eòs ſuum munitum eſſe, attamen inuidiam ſuam ſagaci occulto non ſatis obuelat, quin coſpicua videatur; Si itaquè de aliquo ſecreto monitum habet non loqui, adminus ſileat, nec loco ſecreti mendacium fingat, quod ſit in legentis perditionem. Ita enim confusè inter ſe loquuntur philoſophi, vt vix verbum inueniatur liberum ſylogiſmis; Iſti, ſi velint, fundamenta ſcientiæ in parte, quæ ad theoricã ſpectat doceant, & practicam ſuo modo abſcondant; at fundamentum auferre, idem eſt ac totum ædifitium ſubuertere. Nonnè forſan ſatis eſſet inſipientibus ars obſcura, ſi ſubiectum artis aut vas, aut ignis ſub ſilentio in ore philoſophorum relin-

lin-

linquerentur? Certè, quod nec milleſimus ad iſtas diuinas æpulas accederet. Verùm iſtis non ſufficit ſupradicta celare, quòd etiam loco eorum figmenta ſubminiſtrant. Vnde non tantùm ad occulatum lectorem reddendum inſeruiunt, vt ipſi ſe excuſantur, verùm ad eorum inuidiam propalandam. Diſcant hi Inuidi patrem eorum Hermetem imitari, qui in tabula ſmaragdina, quamuis occultè doctè tamen omnibus ſapientiam, hanc ſubolfaciendam obtulit. Eius poſteri, qui illius dicta declarare voluere, profundiùs tenebris abſconderunt: Vnde ita in exceſſum occultatio artis migrauerit, vt cuiuis acutiſſimo, & lucentiſſimo lumini adhuc deliteſcat, niſi lumine ſpiritus Sancti, cui nil opponitur, & nil reſiſtit, fuerit illuſtrata.

Tirones omnes in hac arte legentes audientes aliquos, qui prima fronte generoſiores, & benignio-

gniores cæteris videntur omnia mineralia ſpernere, & ab opere arcere, conſilio auctoris metalla capiunt, at cum legerint iſta vulgaria eſſe mortua, quia paſſa ſunt ignem, tunc ea, quę adhuc in mineris latent, accipiunt, & ſuper ipſa opus ſuum progredientes, tandem in exitu operis, nil niſi vanitatem inuenientes, miſeri modò tentant vnum metallum, modò alium, & adaucta propia futili experientia, libros reaſſumentes incurrunt in alteram lectionem in qua, & metalla ipſa imperfecta quæuis nullo excepto prohibentur, ratione moti, & diſcurſus elegãtia, metalla perfecta aurum nempe, & argentum præ manibus ſumunt in quibus omnes ſuas diuitias impendunt, & operam ludunt: Verum cognoſcentes iſta eſſe fortiſſimæ compoſitionis opus habent ea reincrudare, vt dicunt, ſoluente naturali, quod pro Mercurio vulgi incautè accipiũt, ſed

ſed quidquid tentent, & quoad operationem, & quoad tales materias nil, niſi futile, & artifici damno ſunt, quia principia naturæ neſciunt, ſuper quæ fundare debent ſuam opinionem, neſciunt quid aurum vulgi præſtare poſſit, quid in ſe habeat, quod omne, & corpuſculum illud, verum aurum artis, in ſe ſufficientèr poſſidet in commodum ſapientis.

Deluſi laborantes in iſtis metallicis corporibus omnia corpora vilipendunt, naturam blaſtemant ignorantes vnumquodque in ſua ſpecie tantùm, ſemen continere, & non in diuerſis rebus modò tentant ſuper vnum corpus, modò ſuper aliud, donec noua lectione librorum, & vegetabilia, & animalia, mineralia, & metalla quæuis prohibita, & damnata inuenientes; tunc extrà naturam caput ſuum circumuoluunt, & aut in cœlo, aut in imis terræ materiam eorum, immò ſtultitiā in-

inuenire tentant; & ſic indeſinenti labore, aut ſalem virgineum in terra, aut lac Volatilium in aere, in rore, aut pruina extrahere conantur, & quando putant ſe feciſſe lapidem fixiſſimum, & ſulphur philoſophorum, inueniunt in ſuis manibus lapidem aereum, aut ſulphur ſtultorum.

Innumeri, immò infiniti laborantium errores ſola hac cauſa oriuntur, quòd Philoſophi data operâ legentem fallunt, putantes eum poſſe abſtineri ab opere, *ſed* falſum eſt, dum arrogantior ſuum errorem magis excuſans nouo labore ſe intromittit.

Quis tanti damni auctor, niſi ſola inuidiæ pernicies, & venenata virus? Vndè nil mirum ſi Poeta noſter tantis terrefactus illorum erroribus, de propio opere dubius pietatem inter Philoſophos implorat, inter eos ſcilicet, qui hoc læthali inuidiæ veneno non ſunt infecti, qui prop ium munus Philo-

loſophorum ſubeunt,& qui pietatis philoſophicæ nota ſunt inſigniti; de quibus nec male fari, nec parcè loqui, cum ſint oracula naturæ, & partus mirabilitatis, immò ſydera luminoſiſſima, quæ in terreno ſolio Sapientiæ radijs indefinentibus refulgent. Sed ad Auctoris implorationem regrediamur,&quamuis ſe operis ignarum profiteatur, tamen vti credendum eſt, ſagaci prudentia vult, potius videri diſcipulus, quam Magiſter Philoſophorum Illi igitur alacriter reſpondemus, aut quod congruè, eius diſcipulis, vota eorum ſuſcipientes; tunc manus ad opus ſuſcipere poſſe exiſtiment, quando prius in theorica ſciuerint, per ſpiritum crudum, ſpiritum digeſtum extrahere de corpore ſoluto, quē cum oleo vitali iterum vnire debent ad perpetranda miracula vnius rei; vel clariùs, quando cum menſtruo ſuo vegetabili minerali vnito tertium eſſentialem ſoluere

ſci-

ſciuerint, quibus menſtruis terram lauent, & lotam in cælum exaltent ad fulmen ſulphureum fabricandum, quod ictu occuli corpora penetret, & excrementa eorum ad nihilum redigat. Hæc figuratiue non obiter locutus ſum, quia ad practicam artis ſpectant, quæ forſan aliquando peculiari libro, nouo ſtilo docebimus; ideò iſtis contenti, ò vos eſtotes, qui veritatem diligitis, & ſcientiam quæritis.

LVX

LVX OBNVBILATA

Suaptè naturâ refulgens.

Vera

DE LAPIDE PHILOSOPHICO THEORICA.

I.

Quanto s'ingannan ma gli Huomini ignari
De l'Hermetica ſcola,
Che al ſuon de la parola
Applican ſol con ſentimenti auari:
Quindi à i nomi volgari
D'argento viuo, & oro,
S'accingono al lauoro,
E con l'oro comune a foco lento
Credon fermare il fuggitiuo argento.

CA-

CAPVT PRIMVM.

SVpra tetigimus errorem eorum, qui cum auro, & argento viuo laborant, exiſtimantes aliquid emolumenti ex hinc percipere poſſe, verùm, vt diximus adhuc habent principia naturæ incognita, & in tenebris vagantes continuò lapidem quærendo, in groſſis lapidibus incidunt. Tota eorum ſententia in hoc conſiſtit, quod aurum ſit corpus nobiliſſimum, & ſemen aurificum continens, quod cum ſuo ſimili multiplicare præſumunt, & ad Vegetationem illius, miſeri anhelant. Hunc errorem Turba Philoſophorum, qui minùs ſophiſtici videntur, ſophiſticè adauget; in ſuis quippè libris ſæpè ſępiùs docetur in ſolo auro eſſe ſemina auri, & eum ſolum eſſe principium aurificandi, ſicut ignis ignificandi. Do-

ctri-

ctrina, quæ ſi bono ſenſu accepta ſit,bonum fructum affert, verùm malè intellecta inſipientes diſperdet.Poeta noſter cauſam tanti erroris acu oſtendit, dum laborantes ſolo auaritiæ ſtimulo ad hanc artem accedere cognoſcit. Aurum enim omni momento hiantes deſiderant,& nil, niſi aurum præ manibus habere ſatagunt. Illius ſplendor mentes eorum obcæcat, & eius conſtantia debilitatem eorum iuditij infrangit: Illius virtus ignorantiam eorum diſperdit,& eius pulchritudo illorum brutalitatem demonſtrat. Illius compoſitio eorum confuſionem diſſipat,& eius nobilitas illorum ignominiam detegit. Aurum dicitur, quaſi mentem hauriat, & aurum eſt, quia diuitias eorum haurit.

Verum eſt,quod in auro continetur ſemen aurificum,immò perfectius, quam in quouis alio corpore, attamen hoc non ſufficit, vt

ne-

neceſſariò eum capiamus ; iſtud enim ſemen reperitur etiam in quocumquè alio metallo, & eſt illud granum fixum, quod ſtatim in prima coagulatione Mercurij natura introduxit, veluti optimè docet Flamellus, & alii: nec implicat reperiri, & in illis, quia metalla vnam, & eamdem originem, & materiam habent, vt infra dicetur. Vnde licet perfectius in auro reperiatur, tamen facilius extràhitur ab alio corpore illud ſemen, quam ab ipſo auro; & ratio eſt, quia alia corpora ſunt magis aperta, ideſt minus digeſta, & in ſua humiditate indeffinita; eò, quia vltima coctio naturæ eſt formam auri introducere, quam nondùm actu in aliis metallis inſeruit, quia totalem coctionem non habuerunt, vndè ſunt magis aperta, non ſolum propter indigeſtam ſubſtantiæ humiditatem, verùm propter adhærentiam, & permixtionem excrementorum, quæ to-

talem compactionem,& vnionem impediunt: hinc eſt,quod etiam ſi ferrum maiorem coctionem habuerit, quam argentum(vt optimè docet inter alios Bernardus Teruirenſis) attamen eſt minus deffinitum, & in ſua ſubſtantia mercuriali minùs vnitum propter quantitatem fæcum, quæ coctionem perfectam, & vnionem impedierunt; At aurum eſt iam in vltima coctione, & in eo natura vltimas vires exercuit, & intenſione ſuæ qualitatis reliquit Vndè opus eſſèt longiſſimum, & ita arduum, vt relinquatur artifici impoſſibile, niſi habeatur aqua illa verum ſoluens ethæreum, & cœlum Philoſophorum, quod qui habet iam adeptus eſt cognitionem ſupremam lapidis, & metas Atlanticas tetigit. Aurum aſſimiliatur fructui cuidam qui iam ad perfectam ſuam maturitatem prouectus, ab arbore fuit ſeparatus, in quo etiã ſi ſemen perfectius, & maturius re-

reperiatur, attamen ſi quis velet eum multiplicare, quamuis optimam terram haberet, in qua hunc ſ.rendo poſuerit, fructus iſte non niſi longiſſimo tempore, & difficulter multis periculis & impedimentis opere ſolerti ad vegetationem promoueretur: Si verò ſurculus, aut radix eiuſdem fructus capiatur, & in terra immitatur, pauco tempore paruo labore ſecuriùs vegetabitur, & multum fructum afferet: Ità à ſimili, aurum fructus eſt terræ mineralis, & arboris ſolaris, immò talis fructus, vt duriſſimæ compoſitionis & elaboratiſſimum ſit compoſitum in natura propter adæquationem elementorum, in quibus non ità facilè cadit corruptio, & qualitatũ alteratio ad nouam generationẽ; eum accipere, & in terram ad reincrudandum, & vegetandum ponere opus ſanè difficilimum, & quaſi impoſſibile: Verum ſi eius radix, aut ſurculus accipiatur tũc

fa-

facilius ex eis intentum conſequetur, & vera vegetatio habebitur. Conſtat igitur, quod etiam ſi aurum contineat naturaliter ſuum ſemen, attamen quia, & in alijs corporibus reperiri poteſt, fruſtraneus labor, & ferè impoſſibilis in eo laborare. Sed, quid dicendum de argento viuo vulgi, quod ab ignaris pro ſoluente, aut terra Philoſophica, in qua iſte fructus ad multiplicandũ poni debet accipitur? Error certè peior priore, & quamuis primo intuitu videatur propter conſimilem naturã munus ſoluendi obtinere poſſe, tamen fallacia in artis principijs hinc conſpicua ſeſe exhibet. Concedimus enim nullum corpus ità affine, & ſimile eſſe naturæ auri, vt verum ſit dicere aurũ nihil aliud eſſe, quam argentum viuum, ſed coagulatum, & coctum virtute ſulphuris, propter quam coagulationem, & coctionem, ſub maleo extendibilitatem, conſtantiam in igne, & puram citrinita-

phuris ſolaris, de qua infra dicetur, ſed de agente externo, quod cauſa eſt, vt internum ſuſcitetur, & promoueatur de potentia ad actū. Ab auro enim agens illud iam eſt ſeparatum in fine decoctionis, quia per introductionem nouæ formæ auri, agens illud ſeparatur ab eo, quando propriam virtutem ibi impreſſit, (vti optimé diſputat auctor Margaritæ precioſæ) vndè ſola remanſit ſubſtantia materialis per actionem interni, & expergè facti agentis deſſinitam, cui ſi natura abſtulit illud agèns, quia eo non gaudet, nec eius conſortio delectatur, & cur nos iterum illi apponere curabimus? Certè erroneū, dum corpus habere poſſimus, in quo dictum agens adhuc eſt vnitum, & ponderibus naturæ permixtū, cui ſi pondus artis apponeremus, tunc ars, ad id, quod accedere natura non valuit, perueniet. De iſto argento viuo vulgi externo illo agente priuato, ſic doctiſſimè

lo-

loquitur Zaccarius in ſuo opuſcu-
lo, vbi docet, argentum viuum vul-
gi ita remanſiſſe, quia natura non
adiunxit ei propium agens. Quid
clarius dici poteſt, vt hæc veritas
cognoſcatur? Vnde ſi aurum, & ta-
le argentum viuum ſunt ſuo agen-
te deſtituta, qualem ſine iſto in co-
ctione perfectionem obtinebimus?
Huic opinioni annuere videtur
Comes Bernardus, vbi prohibens
in opere phiſico aſſumere anima-
lia, vegetabilia, ac mineralia, etiam
metalla ſola prohibuit, quaſi dice-
ret illa, quæ ſola remanſerunt abſ-
que ſpiritu agente, vt doctè Auctor
Arcæ apertę intelligit; Verùm cer-
tum eſt inter omnia metalla tantũ
hæc duo aurum, & argẽtum viuum
ſola meritò dici poſſunt ſine ſuo
agente: Aurum enim, quia iam per
terminum decoctionis eſt ab eo ſe-
paratum: Argentum verò viuum,
quia in eo non eſt introductum, &
ſic incoctum, & indigeſtum re-
manſit. Hinc videant, & cogno-

ſciuerint, quibus menſtruis terram lauent, & lotam in cœlum exaltent ad fulmen ſulphureum fabricandum, quod ictu occuli corpora penetret, & excrementa eorum ad nihilum redigat. Hæc figuratiue non obiter locutus ſum, quia ad practicam artis ſpectant, quæ forſan aliquando peculiari libro, nouo ſtilo docebimus; ideò iſtis contenti, ò vos eſtotes, qui veritatem diligitis, & ſcientiam quæritis.

LVX OBNVBILATA

Suapte natura refulgens.

Vera

DE LAPIDE PHILOSOPHICO THEORICA.

I.

Quanto s'ingannan ma' gli Huomini ignari
Del'Hermetica ſcola,
Che al ſuon de la parola
Applican ſol con ſentimenti auari:
Quindi à i nomi volgari
D'argento viuo, & oro,
S'accingono al lauoro,
E con l'oro comune a foco lento
Credon fermare il fuggitiuo argento.

CAPVT PRIMVM.

SVpra tetigimus errorem eorum, qui cum auro, & argento viuo laborant, exiſtimantes aliquid emolumenti ex hinc percipere poſſe, verùm, vt diximus adhuc habent principia naturæ incognita, & in tenebris vagantes continuò lapidem quærendo, in groſſis lapidibus incidunt. Tota eorum ſententia in hoc conſiſtit, quod aurum ſit corpus nobiliſſimum, & ſemen aurificum continens, quod cum ſuo ſimili multiplicare præſumunt, & ad Vegetationem illius, miſeri anhelant. Hunc errorem Turba Philoſophorum, qui minùs ſophiſtici videntur, ſophiſticè adauget; in ſuis quippè libris ſæpè ſæpiùs docetur in ſolo auro eſſe ſemina auri, & eum ſolum eſſe principium aurificandi, ſicut ignis ignificandi. Do-

ſtrina, quæ ſi bono ſenſu accepta ſit, bonum fructum affert, verùm malè intellecta inſipientes diſperdet. Poeta noſter cauſam tanti erroris acu oſtendit, dum laborantes ſolo auaritiæ ſtimulo ad hanc artem accedere cognoſcit. Aurum enim omni momento hiantes deſiderant, & nil, niſi aurum, præ manibus habere ſatagunt. Illius ſplendor mentes eorum obcæcat, & eius conſtantia debilitatem eorum iuditij infrangit: Illius virtus ignorantiam eorum diſperdit, & eius pulchritudo illorum brutalitatem demonſtrat. Illius compoſitio eorum confuſionem diſſipat, & eius nobilitas illorum ignominiam detegit. Aurum dicitur, quaſi mentem hauriat, & aurum eſt, quia diuitias eorum haurit.

Verum eſt, quod in auro continetur ſemen aurificum, immò perfectius, quam in quouis alio corpore, attamen hoc non ſufficit, vt ne-

neceſſariò eum capiamus; iſtud enim ſemen reperitur etiam in quocumquè alio metallo, & eſt illud granum fixum, quod ſtatim in prima coagulatione Mercurij natura introduxit, veluti optimè docet Flamellus, & alii: nec implicat reperiri, & in illis, quia metalla vnam, & eamdem originem, & materiam habent, vt infra dicetur. Vnde licet perfectius in auro reperiatur, tamen facilius extrahitur ab alio corpore illud ſemen, quam ab ipſo auro; & ratio eſt, quia alia corpora ſunt magis aperta, ideſt minus digeſta, & in ſua humiditate indeffinita; eò, quia vltima coctio naturæ eſt formam auri introducere, quam nondum actu in aliis metallis inſeruit, quia totalem coctionem non habuerunt, vndè ſunt magis aperta, non ſolum propter indigeſtam ſubſtantiæ humiditatem, verùm propter adhærentiam, & permixtionem excrementorum, quæ to-

talem compactionem, & vnionem impediunt: hinc eſt, quod etiam ſi ferrum maiorem coctionem habuerit, quam argentum (vt optimè docet inter alios Bernardus Teruirenſis) attamen eſt minus deffinitum, & in ſua ſubſtantia mercuriali minùs vnitum propter quantitatem fæcum, quæ coctionem perfectam, & vnionem impedierunt; At aurum eſt iam in vltima coctione, & in eo natura vltimas vires exercuit, & intenſione ſuæ qualitatis reliquit Vndè opus eſſèt longiſſimum, & ita arduum, vt relinquatur artifici impoſſibile, niſi habeatur aqua illa verum ſoluens ethæreum, & cœlum Philoſophorum, quod qui habet iam adeptus eſt cognitionem ſupremam lapidis, & metas Atlanticas tetigit. Aurum aſſimiliatur fructui cuidam, qui iam ad perfectam ſuam maturitatem prouectus, ab arbore fuit ſeparatus, in quo etiã ſi ſemen perfectius, & maturius

re-

reperiatur, attamen ſi quis velet eum multiplicare, quamuis optimam terram haberet, in qua hunc ſerendo poſuerit, fructus iſte non niſi longiſſimo tempore, & difficulter multis periculis & impedimentis opere ſolerti ad vegetationem promoueretur: Si verò ſurculus, aut radix eiuſdem fructus capiatur, & in terra immitatur, pauco tempore paruo labore ſecuriùs vegetabitur, & multum fructum afferet: Ità à ſimili, aurum fructus eſt terræ mineralis, & arboris ſolaris, immò talis fructus, vt duriſſimæ compoſitionis & elaboratiſſimum ſit compoſitum in natura propter adæquationem elementorum, in quibus non ità facilè cadit corruptio, & qualitatū alteratio ad nouam generationē; eum accipere, & in terram ad reincrudandum, & vegetandum ponere opus ſanè difficilimum, & quaſi impoſſibile: Verum ſi eius radix, aut ſurculus accipiatur tūc fa-

facilius ex eis intentum conſequetur, & vera vegetatio habebitur. Conſtat igitur, quod etiam ſi aurum contineat naturaliter ſuum ſemen, attamen quia, & in alijs corporibus reperiri poteſt, fruſtraneus labor, & ferè impoſſibilis in eo laborare. Sed, quid dicendum de argento viuo vulgi, quod ab ignaris pro ſoluente, aut terra Philoſophica, in qua iſte fructus ad multiplicandũ poni debet accipitur? Error certè peior priore, & quamuis primo intuitu videatur propter conſimilem naturã munus ſoluendi obtinere poſſe, tamen fallacia in artis principijs hinc conſpicua ſeſe exhibet. Concedimus enim nullum corpus ità affine, & ſimile eſſe naturæ auri, vt verum ſit dicere aurũ nihil aliud eſſe, quam argentum viuum, ſed coagulatum, & coctum virtute ſulphuris, propter quam coagulationem, & coctionem, ſub maleo extendibilitatem, conſtantiam in igne, & puram citrinita-

tem acquiſiuit, quæ omnia habuit ab actione dicti ſulphuris, tamen minus illud ſoluendi non habet, nec habere poteſt, quia in aliam ſubſtantiam tranſiuit, nec priſtinam puritatem, aut ſimplicitatem habet; eſt enim corpus metallicum humiditate ſuperflua turgens, & terrea liuiditate, vt ineptum ſit huic offitio.

Semen, ſeu ſperma maſculi in ſanguinem eiuſdem maſculi ponere ad nouam generationem, certè beſtialitas eſt talia tentare, etiamſi ſperma nil aliud ſit, quam puriſſima pars ipſius ſanguinis, quam puritatem per maiorem decoctionem acquiſiuit, & ſanguis ille ſit eiuſdem ſubſtantiæ, ac pars humidior, & crudior: Sed ſi in matricem mulieris ſperma illud inijciatur, vbi reperitur ſanguis menſtruus, qui maiorem cruditatem habet, & à ſale illius matricis aliqualem acuitatem, & pōticitatem acquiſiuit, tunc eſſet ſperma illud

in

in propio vaſe, & ibi perfectè reincruderetur per putrefactionem, & ad nouam generationem veheretur: Ita à ſimili conſtat, quod licèt argentum viuum ſit affine, & eiuſdem naturæ cum auro, & quãuis abundet humiditate aquea, per quam in poris auri inſinuatur, & eum per minima diſcomponat, ita vt videatur ſolutum, attamen eſt error hanc ſolutionem exiſtimare perfectam, cum potius ſit corroſio metalli; vti in aquis fortibus, & vulgaribus videre eſt. Non eſt tale argentum viuum ſanguis ille menſtrualis, licet Auctores, ignorantes fallant eiuſdem nominis æquiuocatione.

Non ſolum quoad eſſe propiæ ſubſtantiæ aurum, & argentum viuum in opere phiſico non benè conueniunt, verum etiam quia, & illis aliquid deeſt, quod in hac arte eſt neceſſariſſimum, agens nempè propium. Non loquor hic de interno agente, quod eſt illa virtus ſul-

phuris ſolaris, de qua infra dicetur, ſed de agente externo, quod cauſa eſt, vt internum ſuſcitetur, & promoueatur de potentia ad actū. Ab auro enim agens illud iam eſt ſeparatum in fine decoctionis, quia per introductionem nouæ formæ auri, agens illud ſeparatur ab eo, quando propriam virtutem ibi impreſſit, (vti optimé diſputat auctor Margaritæ precioſæ) vndè ſola remanſit ſubſtantia materialis per actionem interni, & expergè facti agentis deffinitam, cui ſi natura abſtulit illud agèns, quia eo non gaudet, nec eius conſortio delectatur, & cur nos iterum illi apponere curabimus? Certè erroneū, dum corpus habere poſſimus, in quo dictum agens adhuc eſt vnitum, & ponderibus naturæ permixtū, cui ſi pondus artis apponeremus, tunc ars, ad id, quod accedere natura non valuit, perueniet. De iſto argento viuo vulgi externo illo agente priuato, ſic doctiſſimè

lo-

loquitur Zaccarius in ſuo opuſculo, vbi docet, argentum viuum vulgi ita remanſiſſe, quia natura non adiunxit ei propium agens. Quid clarius dici poteſt, vt hæc veritas cognoſcatur? Vnde ſi aurum, & tale argentum viuum ſunt ſuo agente deſtituta, qualem ſine iſto in coctione perfectionem obtinebimus? Huic opinioni annuere videtur Comes Bernardus, vbi prohibens in opere phiſico aſſumere animalia, vegetabilia, ac mineralia, etiam metalla ſola prohibuit, quaſi diceret illa, quæ ſola remanſerunt abſque ſpiritu agente, vt doctè Auctor Arcæ apertę intelligit; Verùm certum eſt inter omnia metalla tantũ hæc duo aurum, & argẽtum viuum ſola meritò dici poſſunt ſine ſuo agente: Aurum enim, quia iam per terminum decoctionis eſt ab eo ſeparatum: Argentum verò viuum, quia in eo non eſt introductum, & ſic incoctum, & indigeſtum remanſit. Hinc videant, & cognoſcant

ſcant chymici, quam male operantur cum auro, & argento viuo, putantes hoc eſſe ſoluens illud ſoluendum, & quam indectè dicta philoſophorum intelligunt. Securè vobis dicimus, nec aurum vulgi, nec argentum viuum vulgi in tota ſua ſubſtantia, nec in parte ab illis accepta, per artem ingredi debent opus Philoſophicum. Tentet vnuſquiſquè ſuam opinionem quacumquè ratione fulcire: Mihi ſufficit hanc veritatem mundo propallare, & in veritate manere.

II.

Mà, ſe a gli occulti ſenſi apron la mente,
Ben vedon manifeſto,
Che manca, e a quello, e a queſto
Quel foco vniuerſal, ch'è ſpirto agente.
Spirto, che in violente

Fiam-

Suaptè natura refulgens.

Fiamme d'ampia Fornace
Abbandona fugace
Ogni mettal, che ſenza viuo moto
Fuor della ſua miniera è corpo immoto.

CAPVT SECVNDVM.

POeta hic ſupradictæ opinioni innuere videtur, dum aſſerit metalla vulgi eſſe ſine ſpiritu agente, quia eum in fuſione perdiderunt, vnde, dum adhuc in mineris ſunt cætera metalla, agentem propium retinere videntur. Aurum autem, & argentum viuum, quamuis in propijs mineris manent, nihilominùs dicto agenti non ſunt permixta, vt ſupra diximus, quia finem decoctionis aurum iam attigit, & argento viuo nunquàm à natura eſt adhùc introductum, & permixtum, quando corpus argenti viui aſſumpſit. Sed nè lector hic oberret, & cauſam prioris erroris

non accipiat, tempus eſt, vt aliqua de generatione metallorum dicamus.

Omnes Philoſophi aſſerunt ex Mercurio, & ſulphure metalla à natura eſſe producta, & ex eorum vapore generata, ſed non omnes modum iſtius generationis, niſi breuiloquè, & confusè oſtendunt. Sciendum igitur eſt, vt ſupra docuimus, vaporem elementorum præbere materiam totæ naturæ inferiori; iſte vapor eſt puriſſimus, & vix imperceptibilis, opus habet ſemper aliquo tegumento, vt ibi corpus aſſumat alias ſemper auolaret, & in priſtinum Chaos migrauerit. Vapor iſte continet in ſe ſpiritum lucis igneum de natura ſuperiorum corporum cæleſtium, (qui forma vniuerſi eſt,) & ſic iſte vapor, tali ſpiritu impregnatus, ſeſe habet admodùm primi chaotis, in quo omnia ad mundi creationem erant incluſa, materia nempè vniuerſalis, & forma,

&

& eſt ille ventus apud Hermetem, qui filium ſolis in ſuo ventre portat; Dum igitur per rotationem, & motionem ſphærarum ſuperiorum ad centrum propellitur, quia incapax quietis, in terra, tanquam centrum Mundi inſinuatur, verùm quia vti diximus corpore indiget, vt fiat perceptibilis, induit ſe aereo corpore; aere nempè illo, quo reſpiramus, & in ſinubus eius deportatur, vt eſſet flabellum vitæ noſtræ; & ad viuificandam, & nutriendam totam naturam. Iſte vapor attrahitur per aerem, à noſtro igne interno. & eo gaudet, & eum in ſe tranſmutat, ac in ſui naturam conuertit, verùm per adæquata media, vt prolixius in peculiari libro de vera hominis anatome aliquando docebimus. Aerem iſtum omne corpus attrahit, ità vehementer, & naturaliter, vt impoſſibile ſit in aliquo tempore, loco, aut corpore non dari talis attrahatio, hinc etiam

impoſſibile dari vacuum in na-tura, vt omnes Philoſophi, & ſcolaſtici concedunt, & quamuis aliqui experimentis conentur con-trarium aſſerere, non eſt experi-mentum, ſed fallacia ſuppoſiti, quia potius corpora ſuperpoſita, aut ambientia rarefiunt, vt in ea rarefactione detur locus aeri, aut alteri ſubſtantiæ, in qua deporta-tur iſte ſpiritus.

Nullum corpus haberet ſuum eſſe ſubſtantiale, niſi eſſet creatum, & dotatum iſto ſpiritu, qui in corpore ſpecificatur, & naturam corporis induit ad exequendum Creatoris mandatum, qui voluit, vt vnaquæque res ſuum in ſe ſpiri-tum ſpecificum haberet ad ſui con-ſeruationem, & in eſſe ſubſtantiã-tionem. Vnde ſi ſpiritus iſte, qui intus in corporibus habitat ſit de natura ignis, (vt docuimus ſupra in tractatu de creatione), aſſe-rendum erit ſemper propio cibo indigere, & naturam ignis conti-

nere,

nere, quę eſt ſe alimentari, & nutriri ad reſtaurationem deperditi; impatiens enim motus eſt, ſicut corpora ipſa cæleſtia, quæ continuò mouentur, eò quia ſpiritu ſunt ſimiliter dotata.

Verus motus iſtius occulti ſpiritus occulis, nec ſenſibus in corporibus omnibus eſt præuius, niſi arte natura adminiſtrante ad generationem nouam promoueatur. Animalia ergò occulariter videmus hunc vaporem ſpirituoſum in aere incluſum attrahere, verùm, quia in cęteris corporibus craſſior natura, aut impurior reperitur, ideo huic ſpiritui non eſt ità facilè in illis inſinuari ſolo aereo corpore indutus, verùm ſolidius corpus requirit, & magis illo terreo corpore affine, & ſic in ſinubus aquæ iſta puritas elementorum ſe intromittit, & aqueo veſtimento indui opus habet. Hinc facile eſt vegetabilibus ſuum ſumere nutrimentum & mineralia quæquè, quia eſt ma-

gis ſuæ naturæ ſimilimum: Ideò non tantum in aere ſpiritus iſte delitefcit, verùm, & in aqua.

Aqua hæc per totam terram vndiquaquè diſpergitur, & ſalſa aliquando eſt, vt ſupra tetigimus; vnde in aliquibus locis clauſis, vbi aer ille eſt incluſus, per motionem ſuperiorum corporū ſympatetice, & aer mouetur; ex tali motione ſuſcitat vaporem in aqua illa ſalſa incluſum, & aqua rarefit, in qua rarefactione fit maxima elementorum commotio, & raritas; hinc ſuperuenientes, & aſcendentes vapores ſulphurei, qui in illis locis vagantes ſunt, propter continuam ſulphuris generationem, (quam ſupra ſimiliter docuimus), ſe permiſcent illo Mercuriali, & aqueo vapori, & rotantur in matrice illius aquæ ſalſæ, & dum exitui locus non detur, cum ſale illius aquæ ſe permiſcent, & aliqualis perlucidæ terræ ſpeciem induunt, quæ propiè dicitur

Na-

Naturæ vitriolum. Vitriolum enim nihil aliud eſt, quam ſal, in quo ſpiritus mercuriales, & ſulphurei ſunt incluſi; Nullum enim datur ſal in rerum natura, quod ſulphur ità abundanter, & ad occulum contineat, quam vitriolum, aut natura vitrioli.

Ab iſtis ergo aquis vitriolicis per nouam elementorum commotionem, ortam a dicto aereo vapore, nouus vapor exurgit, qui non eſt ſulphureus, nec mercurialis, ſed de vtriuſque natura; & eleuando ſe per naturalem eius motum, etiam aliqualem illius ſalis puriorem, & lucidam partem, ex contactu illius vaporis purificatam, euehit, ac in locis, aut purioribus, aut impuris, aut humidioribus, aut ſiccis ſe includit, & cum terræ fæculentia, vel alterius ſubſtantię ſe vniendo diuerſa genera mineralium producit. Quorum ſpecificam generationem aliquando Deo concedente docebimus.

Ve-

Verùm ad generationem metallorum, quod attinet amplius dicimus, quod iſte vapor duplex ſi in loco, vbi pinguedo ſulphuris ſit, deueniat, cum ea vnitur, & quamdam ſubſtantiam glutinoſam adipiſcitur, quæ maſſæ informis ſpeciem refert, & ibi per actionem ſulphuris in humiditatem vaporoſam agentis, quæ maxima in illis locis reperitur, iuxtà loci puritatem in purum, vel impurum metallum firmatur: Nam ſi dicti vapores, & loca ſint puriſſima, puriſſimum indè generatur metallum, aurum nempè, à quo propium agens ſeparatur in fine decoctionis, ſola mercuriali humiditate remanente, ſed coagulata. Verum ſi adhùc eſt in via decoctionis, & ſulphur non eſt ſeparatum, reſpectu puritatis, aut impuritatis loci, & vaporis, diuerſa imperfecta metalla generantur, ſic dicta imperfecta, quia totalem perfectionem in vltima forma, non-

nondum adepta ſunt.

Argentum viuum vulgi ſic generari dicimus, ex illo nempè vapore, quando per caliditatem loci, aut maximam ſuperiorum motionem aſcendit cùm partibus puriſſimis ſalis ab agente propio ſeparatũ, cuius ſpiritus in illa ſubita commotione in auras abijt, vti cęterorum metallorum ſpiritus in eorum fuſione: Vnde in argento viuo ſola remanet pars materialis actione ſui maſculi, ideſt ſpiritus ſulphurei agentis priuata, ideò nunquam per decoctionem naturæ in aurum tranſmutatur, niſi illo agente impregnaretur, quòd nunquam ſuccedet.

Ex dictis videre licet Vitriolum, quàm remotiſſimum ſit in generatione metallorum, & quale mendacium aſſumunt laborantes in illo pro materia lapidis, in qua verum ens actu metallicum adeſſe debet.

Metalla ergò, dum adhùc in

mi-

mineris latent; ſunt permixta ſuo ſpiritu agente, verùm poſt fuſionem illo priuata inueniuntur, quamuis corticem, ſeù tegmentum illius ſulphuris contineant, quod eſt ſcoria ipſius metalli.

Hinc alius error comprahenditur laborantium in metallis imperfectis, quæ fuſionem habuerunt. Sed poſſet quis ſimplex Chymiculus ex hac doctrina inferre, quòd metallum imperfectum, dum adhuc eſt in ſua minera, poſſit eſſe ſubiectum artis ſuper quod elaborandum; fatemur quidem, at incautè laboraret in illo, quia ſupra diximus vapores Mercuriales metallorum imperfectorum, aut eorum loca fuiſſe impura, & labe contaminata; vndè, qualem puritatem dabunt, quæ in elixire requiritur? Soli naturæ labori ea purificare eſt committendum, aut benedicto illi aurifico ſulphuri, lapidi nempè abſoluto, qui eſt verus ignis æthereus penetrantiſſimus.

mus in momento puritatem metallorum adducens, excrementa, & impuritates ab eis ſeparando, & fixionem introducendo, quia fixiſſimum, & puriſſimum eſt. Vndè ſi artifex velet dictas impuritates ſeparare, tunc in tali labore ſpiritus ille agens, qui requiritur ex eius manu auffugeret; vndè naturæ eſt munus, non artis: Sed ars ſubiectum aliud accipere debet à natura præparatum, quod propio capite in miſerorum ſubſidium ad laudem Altiſſimi clariùs, quantum licet, demonſtrabimus.

III.

III.

Altro Mercurio, altro oro Hermete
addita.
Mercurio humido, e caldo,
Al foco ogni hor più ſaldo.
Oro, che è tutto foco, e tutto Vita.
Differenza infinita
Non ſia, c'hor manifeſti
Da quei del Volgo queſti?
Quei, Corpi morti ſon di ſpirto
priui,
Queſti ſpirti corporei, e ſempre
viui.

CAPVT TERTIVM.

DE auro viuo, auroquè Philoſophorum ſparſim in libris eorum continua fit mentio, nec alicui dilucidiùs cum diſcipulis ſuis dilucidare fuit animus, ſed ſola adumbratione potiùs inuolucris abſcondere, quam manifeſtare curauerint: Verùm quia in eo fundamen-

mentum totius ſcientiæ, & practicæ Hermetis conſiſtit, requirit opus aliqua vtiliora de eo in præſenti enarrare.

Non incongrüé illi auri nomen donarunt, quia realiter, & quidditatiuè in ſuo eſſe, & ſubſtantia, eſt Aurum: Aurum ſanè illo vulgari perfectiùs, & eo abſolutius. Aurum totum ſulphur, & ſulphur verum auri. Aurum totum ignis, & ignis verus auri. Aurum inquàm, quod in fodinis Philoſophorum, & eorum mineris generatur. Aurum, quod nullo elemento alteratur, & dominatur, cùm ipſum ſit dominus elementorum. Aurum fixiſſimum, cùm fixio ſola in eo conſiſtat. Aurum puriſſimum, cùm ipſum ſit ſola puritas. Aurum virtuoſiſſimum, cùm extra eum omnis langueſcat virtus. Aurum balſamicum, corpora omnia à putredine præſeruans. Aurum animale, quia eſt anima elementorum, & totius inferioris naturæ.

ræ. Aurum vegetabile, quia omnis vegetationis origo. Aurum minerale, quia eſt ſulphureum, eſt Mercuriale, eſt ſalicum. Aurum æthereum de propia natura cęlorum, & cęlum verè terrenum, alio cęlo celatum. Aurum Solare, quia legitimus Solis filius, & verus Sol naturæ. Eius vigore, vireſcunt elementa: Eius calore, ſpiritus animantur: Eius motu, natura mouetur. Eius influxu, virtutes rerum oriuntur. Eſt influxus luminum, portio cœlorum, ſol inferiorum, & lumen naturæ; Sine quo lumine cæca inſipientum doctrina; Sine quo ardore ſine ſenſu eorum ratio; ſine quo radio obſcurę eorum opiniones; ſine quo influxu ſterilis eorum mens, & ſine qua luce in tenebris eorum intellectus. Propijſſimè ergò ei, Philoſophi, nomen auri viui impoſuerunt, cùm ſit vita auri, & de propia, vt dixi ſubſtantia auri. Aurum enim eſt ſola Mercurialis ſubſtantia puriſſima ab.

ab excrementis libera, & à propio externo agente, in qua ſulphur internum, ſeu ignis intrinſecus, ſuam qualitatem introduxit, per quam cætere qualitates aliqualem alterationem paſſæ ſunt, & tamquàm ſubiecté imperantibus cœteris elementis immotè commorantur; vndè nulla in auro datur alteratio, quia iam in æquilibrio æquatæ ſunt qualitates elementorum, nec datur in eo noua ſuſcitatio: volatile à fixi natura ſuperatum, & fixum cum volatili æqualiter mixtum, ſic, vt vnum quid homogeneum, & adæquatum, puriſſimumque videatur corpus.

Aurum item viuum Philoſophorum nihil aliud ſimiliter eſt, quam merus ignis Mercurij, ideſt vaporis elementorum nobiliſſimi digeſtiſſima, & laudatiſſima portio, eſt humidum radicale naturæ calido ſuo innato turgens. Lux eſt æthereo corpore puriſſimo velata, vt diximus in ſuperioribus capitibus

de

de creatione, quòd cum lux in iſtis inferioribus ſtare non poterat, Creator in igne eam incluſit, & ignis corpore veſtiuit, ignis iſte eſt purus ſpiritus, qui in arce elementorum habitat, & auriga eſt lucis. Spiritus iſte eſt in humido radicali rerum vnitus, & in calido innato deliteſcens. Vndè propie aurum viuum ſapientum eſt vapor puriſſimus elementorum, in quo ſpiritus igneus agere cæpit, & fixionem per eum obtinuit, ac in naturam ſulphuris migrauit, vndè & ſulphur Philoſophorum dicitur, propter igneam qualitatem in eum dominantem, & etiam Mercurius ſępè ſæpius dicitur, quia totum ſuum eſſe à ſubſtantia Mercurij dependet.

Iſtud ſulphur eſt, quod in omni compoſito operatur, & cum contineat in ſe naturam lucis ſuperioris ad inſtar illius lucis continuò vult ſeparare lucem à tenebris, ideſt purum ab impuro: Ipſum eſt

agens

agens internum, quod agit in ſuam materiam Mercurialem, nempè in humidum radicale, in quo includitur: Illud eſt forma omnia informans, & per ipſum in generatione rerum omnes colores oriuntur, iuxtà decoctionem, & actionem in ſuo ſubiecto alterabili, nempé iuxtà gradum decoctionis: Per eum differentiæ colorum apparent; propius, & naturalis eius color eſt rubeus intenſiſſimus, qui ſuam imperantem actionem manifeſtam in ſubiecto alterato demonſtrat: Eſt calidum innatum, quod aſſiduè ſuo humido radicali depaſcitur, hinc iſtud humidum prębet ei materiam, & illud ſemper agit: Verus naturę artifex, per illud omnes attrahationes, & ſympateticæ virtutes fiunt manifeſtæ, quando ſuum humidum attrahit, & vbi magis viget, ibi potentius talem attrahationem exercet, & demonſtrat. Per talem attrahentem actionem fulminis ætherei na-

natura palam ſeſe exibet.

Fulmen nil aliud eſt, quam ſicciſſima exhalatio terreſtris, quę in auras diſperſa altiorem petit locum, in quo aſcenſu melius, ac melius purificatur ab excrementis, aut fæcibus, quibus vnita eſt, & ſic aptior fit ad maiorem ſympaticam ſenſationem ſentiendam: iſta exhalatio continet vaporem illum elementorum, quem dicimus ſupra per totam naturam diſperſum continuò vagantē, & ſemper aliquo corpore veſtitum, vndè in illa terreſtri ſiccitate aliqualem fixionem adeptus eſt, attamen in iſto nouo aſcenſu, vapori aereo, & volatiliori coniunctus, qui ſemper à terra indeſinenter exhalatur, cogitur cum illo volatili vapori in auras diſpergi, & in ſubliomiorem partem deportari; verum ibi ab excrementis, vt dixi, purificatus ſuam vim igneam acquirit, at ſublimius ellatus, natura volatili illius vaporis, liber vagatur,

tur, & ſtellarum, corporumque cæleſtium motu, alteratione accenſus de repentè tenuiſſimas illius exhalationis partes terreas aſſumit, & humido ſuo radicali, cui ſemper vnitur in ſe conſumpto in ſulphur terreum tranſmutatur, quod ſit de natura fixi; non ita ſublimius, vbi volatilia ſulphura feruntur, ſed in terra potiſſimum ruit tali, ac tanto impetu, vt omnia impedimenta ſpernetur, & omnia obſtacula in nihilum redigat; talem actionem operatur, quale ſulphur illud Philoſophorum in proiectione ſuper argentum viuum docét Chimici operare: in ſe accenſum omnia excrementa diſperdit, & ſuum humidum radicale, quod in argento viuo abundantius inuenit tranſmutat, & in ſuam naturam totum conuertit, & ſulphur, & medicina, per omnes partes, factum ſi debile humidum ſuæ virtuti cedentem inuenit; verum ſi ſupra maio-

rem quantitatem, ſuam virtutem compeſcentem, proiicitur, fixat eã in aurum, in quo eſt temperantia, & humidi radicalis, & calidi innati. Fulmen igitur eodem modo per aerem ſua virtute deportatur, & in terra ab altero ſulphure, quod in ea fixum reperitur attrahitur. Fixum enim fixi natura congaudet, & natura lætatur, & præceps vt eam amplectatur ruit. Hinc per doctrinam illius axiomatis, quod ait habitibus in præſentia ceſſat motus, docemur, quod fulmen in terra ingreſſum ceſſat impetu moueri, ac in propio loco, vbi per præſentiam attrahentis nulla datur attrahatio, ſed retentio, in quiete manet, refrigeſcit, ac in centro ſui corporis, quo clauditur, inſinuatur omni depoſitâ ferocitate, & actione introclusa.

De fulminis vario effectu nihil reſtat admirari cum enim ſit fixiſſimus ignis naturæ, quamcumque rem, quam tangit ſtatim in ictu

oc-

occulit diſſipat, quia humidum radicale ipſius rei aſſumit, vti videre eſt in maxima flamma, quæ minorem ignem deuorat, & lumen maius lumen minus abſcondit.

Iſtud fulmen ſimiliter aliquando in tali exhalatione aliqua em naturam ſpecificam acquiſiuit, & iuxta ſpeciem illius virtutis actionem in deſcenſu demonſtrat, vt tangat vnam rem, & diſſipet, aliam illæſam relinquat, quia, quod ſuæ naturæ eſt attrahit,& attrahatum deuorat, alienum verò reſpuit; & licet in vnoquoque corpore humidum radicale elementorum reperiatur, quod eſt vnius naturæ, nec diuerſum in natura reperiatur; tamen quia contrarijs ſpecificis ſpiritibus eſt occupatum, ac excrementis circumdatum hinc fulmen eius naturam contrariam ſentiens alio vagatur loco, & alio corpori adhæret. De iſtis autem ſpecificis ſpiritibus, aliquando forſan

ſan in ſecunda parte vtiliora docebimus: Modò ſufficiat rerum ſympaticæ Virtutes, & attrahationes ab hac principaliori cauſa oriri.

Effectus iſtius ſulphuris, ſeù calidi innati elementorum, de quo ſupra diximus, & in præſenti capite loquimur, meliùs perpenditur in natura pyrij puiueris. Iſte enim puluis abundat vapore illo aereo Mercuriali propter naturam ſulphuris, & ſalis petræ in eo inclusam, verum quia humidum illud eſt crudum, & magis volatile de natura aeris, quam ſit fixum, licét in ſe habeat calidum innatum, & ignem occluſum, in accenſione naturam volatilem demonſtrat, & cum ſit de natura ſuperiorum, ex hac accenſione impetu in patriam auolat, ſecum admodum exhalationis terreas partes, & igneas ducens, vbi diſpergitur, & in ſuo loco vagatur, nec vlteriorẽ appetitum, aut attrahationem ſentit,

nisi,

niſi, vt inſeruiat in nouum vſum naturæ. Verùm ſi natura fixi in eo vigeret, centrum terræ peteret, & in terram rueret, vt in fulmine, ac etiam in pyrio puluere auri videre eſt. Ex auro enim ſciunt experti (vt multi Auctores fideliter docent) extrahere ſulphur eius fixum, quod rebus accenſibilibus, & volatilibus permixtum facilè ad modum pytij pulueris accenſionem acquirit; verùm accenſum non diſpergitur, nec euaneſcit in auras, quia libertate acquiſita, & ab excrementis nudatum ad modum fulminis in terram præceps labitur, ſpreto obſtaculo impedimento omnia ſubuertit, donec in terra ſe abſcondat, quia cùm ſulphur auri fixionem à natura acquiſiuit naturaliter à fixo igne, qui ibi latet impetu attrahitur, & propio motu in ſphæra ſua deportatur. Vndè ſi tales attrahationes manifeſtæ videntur, cur negandum, & occultas ſympati-

cas vires ab hac cauſa oriri, quamuis conſpicuè maximè occulis ignorantum non cognoſcantur! Oh quot rerum naturæ ſunt vulgo intelligendę, quarum cognitionem virtuti occultæ ipſi attribuunt non inſipientibus, & philoſophaſtris, ſed veris Philoſophis rerum natura. Studeant hi ſcolaſticas quæſtiones, quæ pro nihilo ſemper habendæ erunt, & cauſas occultas cognoſcent! Miſeri, quàm melius eis foret Chymici potius videri, & aliqua ſubolfacere, quam latrare contra Lunam, & bruti ſolo ſenſu dotati exiſtimari, ſed maneat vnuſquiſquè ſuo errore, in quo fluctuatur.

Aurum igitur viuum, meritò ſulphur iſtud dicitur, cum ſit motus, & vita omnium rerum, cuius naturam doctiſſime Poeta noſter deſcripſit, dum dixit, eum eſſe calidum, & humidum in igne fixiſſimum de natura ſpiritus, & ſpi-

ſpiritus vere corporeus. Vndè ſi Philoſophi abſcondant eum ignorantibus, & ſolo nomine auri manifeſtent, nil mirùm, quia in eo tota ſcientia conſiſtit: At, vbi potiſſimum inueniatur, & quo in loco, aut corpore reperitur diſquirendum, & fideliter ſcientiam, & eius theoricam doceamus.

Sciendum igitur, quod in omni corpore clauditur ſulphur iſtud, & latet, nec eo corpus aliquod carere poteſt, vt ex eius natura cognoſcitur; eſt in vallibus, in montibus, in imis terræ, in cœlo, in aere, in me, in te, & in quouis loco, & corpore, vt meritò dicatur à ſapientibus aurum eorum viuum vbiquè reperiri; ſed domi propiè inueniendum, & eum obtinere oportet, aliàs fruſtrà in cæteris locis quæritur. Domus auri Mercurius eſt, vt omnes docent, ergò in domo Mercurij inquirendum, non autem intelligas de Mercurio vulgi, quia etiam ſi

ibi reperiatur, & eius corpore clauditur, attamen non niſi imperfectè, & in potentia, vt ſupra diximus. Scias igitur Mercurium cognoſcere; & vbi principaliter, & abundantius ille Mercurius moratur, ibi, & ſulphur iſtud reperitur. Scias inſuper, quod eſt verus ignis, & quod ignis aere viuat, vbi ergò aer abundat, ibi magis nutritur, & creſcit, & facile eruitur. Sed videas, vt eum cognoſcas in locis, vbi aliqualem dominium exercet, quamuis in carcere, non vbi alijs totaliter ſubditus, & fæcibus obſpurcatus. Ignis enim de ſui natura vult cæteris elementis imperare, ni impediatur, aut nimio ſuo contrario, aqua nempè, aut excrementis ſuffocetur: Vndè ſcriptum eſt non comedas de filio, cuius mater patitur menſtruum.

Hæc cauſa fuit, vt Philoſophi lapidem ſuum in mineralibus inquirerent ad hoc, vt fixi naturam

ha-

haberet, & pertinacius reſiſteret ad vitam in eſſe conſeruandam, quia mineralia ſunt fixioris naturæ propter craſſitiem elementorum, & aquæ, & terræ abundantiam. Vndè illorum humidum radicale, cum appropinquetur magis fixioni, facilius fixatur, & in ſulphur fixum conuertitur. Inſuper mineralia, & præcipuè metalla generantur in viſceribus terræ, vbi humidum, illud elementorum abundantiùs conſeruatur à cœlo, tanquàm in centrum demiſſum: Ideò elementa, ex quibus metalla ſunt compoſita magis turgentiora ſunt illo ſpiritu æthereo, eò magis, quò diutiùs in vaporem rotantur, & ſublimantur, in qua ſublimatione melius purificantur: At in alijs compoſitis, & corporibus propter vaſorum poroſitatem, & matricis debilitatem non poteſt dari hæc naturalis, & adæquata ſublimatio, quià omnia ſublimata auolarent, ſed in magis corporea ſub-

ſtantia alterantur, & corrumpuntur ad nouam generationem cum aliquali ſpirituum deperditione, qui particulariter in fætus humani generationem matricem tranſigunt, & mulieris caput, aut alia membra petunt diuerſis ſymptomatibus: Vndè quia in vaporem elementa illa non rarefiunt, nec extolluntur, talis circulatio, & purificatio in eis non datur. Hinc videre eſt quantæ virtutis eſſe debeat Lapis ille Phyſicus cum per alteram induſtrioſam ſublimationem in Vaſe Philoſophico maiorem, & quaſi dicam, cæleſtem puritatem acquiſiuerit, vt meritò tunc à Philoſophis Cœlum vocatur.

IV.

IV.

O gran Mercurio noſtro, in te s'aduna
Argento, & Oro eſtratto
Dalla potenza in atto,
Mercurio tutto Sol, ſol tutto Luna.
Trina ſoſtanza in vna,
Vna, che in tre ſi ſpande.
O merauiglia grande?
Mercurio Solfo, e Sal, uoi m'apprẽdete,
Che in tre ſoſtanze voi ſol'vna ſiete.

CAPVT QVARTVM.

DE Mercurio Philoſophico breuiter aliquid ſupra diximus, ſed vt maiori declaratione innoteſcat; ſciendum eſt eum per ſolos Philoſophos de potentia ad actum productum eſſe; natura enim nunquam poſſet

venire ad talem productionem, quia natura poſtquam primam ſublimationem obtinuit contenta eſt, & materia diſpoſita tali modo, formam introducit, & Aurum, aut aliud metallum iuxta decoctionem, aut loci puritatem generat. Hunc Mercurium Philoſophi abſconderunt, & inuolucris parabolicis occluſerunt, ita vt niſi ſub ænigmate de eo locuti ſunt, & precipuè ſub nomine amalgamationis auri, & argenti viui vulgi, quia ſulphur, vti diximus, auri nomine vocarunt, & Mercurius nomine argenti viui, vt Inſipientes fallerent. Omnia quippé verba eorum ſunt æquiuoca, & in tali æquiuocatione ſemper loquuntur; Vndè ſecundum ſonum litteræ laborare, eſt mera beſtialitas. Si ſufficeret cum auro, & argento viuo vulgi amalgamationem hanc facere, oh quot lapidis poſſeſſores, & quot eam tandem obtinerent. Vnuſquiſque eſſet ſapientiſſimus, & illi tota

ſcien-

ſcientia nota fuiſſet in hac ſimplici operatione. At, quæ nam ſcientia, quæſò quis acquirere poteſt in ſola amalgamatione auri, & Mercurij vulgi, quantumuis perfectiſſima, & diligentiſſima? nulla ſanè credo: Verum in cognitionem ſulphuris, & Mercurij Philoſophici, & eorum vnione, non niſi intellectus perſpicaciſſimus, & mens ſubtiliſſima peruenit. Abſtineant ergo Chymici ſecundum litteram intelligere, & pro certo habeant, quod quidquid operantur ſecundum illius intelligentiam eſt fatuitas, & perditio diuitiarum, quòd tandem ſuo ære experiuntur.

Poſtquam per opus ſublimationis in arte Mercurius, ſeù vapor elementorum purificatus fuerit, (in quo opere requiritur ſagaciſſima induſtria) tunc cum auro viuo vniri debet, & in eum ſulphur introduci, vt fiat vna ſubſtantia cum eo, & vnum ſulphur; Hanc vnio-

vnionem artifex debet cognoſcere, & puncta, & media, per quæ obtinetur, aliàs ſua intentione fruſtrabitur: Multa enim illi ſunt cognitu neceſſaria, verùm potiſſimè quod prius ſulphur dictum, & argentum viuum ſint purificata, ad quam purificationem non ità facilè peruenitur, niſi cognoſcatur principale agens in hoc opere, item vas congruum, & alia, quæ in ſublimatione paſſim à Philoſophis docentur. Tunc poſtquam erint bene purificata vnire ea opus eſt, & perfectè amalgamare, vt per additamentum iſtius ſulphuris opus abbreuietur, & tinctura augeatur. In hoc puncto, Philoſophorum ſilentio vti debemus, & ſermonem hunc diminuere, ne indignis tota ſcientia manifeſtetur. Vndè ſcriptum eſt, ſine laborantes in ſuo opere errare, quia non peruenitur ad opus, niſi Sol, & Luna in vnum corpus coniungatur, quod citrà voluntatem Altiſſimi

fieri

fieri non poteſt. Ne quis Inuidiæ nota nos infecti exiſtimet, quia amplius fari non decet, ſufficiat illi, quod mendacia in hijs tractatibus non poſuimus, quamuis aliquid diminutum in eis inuenerit. Sufficiat illi, quod ſophiſtica opera non docuimus, nec varias materias offerimus, ſed tantùm vnicam veritatem, quam dilucidè oſtendimus, licet Dei iuſto Iudicio aliquibus erit obuelata.

Amplius dicimus Mercurium hunc nominari ſępè ſæpius ab auctoribus Chaos Philoſophicum, quia in eo quidquid ars opus habet inuenitur incluſum, & ob eamdem rationem ſuum corpus, ſubiectum artis, Luna plena, argentum viuum animatum, & infinitis alijs nominibus; Et quia etiam tria principia æqua lance ſunt librata per opus naturæ ob eamdem æqualitatem trium illorum principiorum vnitam, à Philoſophis Vitriolum nominatur. Solis etiam a

tiam, & Lunæ coniugium in eo ad occulum oſtenditur. Rex in balneo poſitus conſpicirur, & carcer Ioſeph. Solis ſphęra contemplatur; quorum nominum explicatio volumen propium, & magnum requiret: quod Deo concedente màiori commodo aliquando in lucem dabimus.

V.

Mà doue è mai queſto Mercurio aurato,
Che ſciolto in ſolfo, e ſale
Humido radicale
Dei Metalli diuien, ſeme animato?
Ah, ch'egli è imprigionato
In carcere si dura,
Che per fin la natura
Ritrar nol può da la Prigione alpeſtra,
Se non apre le uie l'arte Maeſtra.

C A-

CAPVT QVINTVM.

SVlphur Philoſophicũ, vt diximus, eſt in intimis humidi radicalis incluſum; at externo, & duro cortice carceratum, vt non niſi artis ſumma induſtria ad auras exurgit. Natura enim in mineris non habet menſtruum conueniens in hijs locis, & ſufficiens ad ſoluendum, & liberandum hoc ſulphur, quia non habet motum localem, verùm ſemel euolato vapore, aut ſemel incluſo, quod eſt primæ impoſitionis totum remanet, aut totum auolat, & ſi ibi poſſet iterùm corpus metallicum ſoluere, putrefacere, & purificare certè lapidem Phyſicum, ideſt ſulphur in ſua virtute multiplicatum, nobis concederet. Fructus quilibet, & granum, ſi iterum non ponatur ad putrefaciendum in terram propiam, nunquam mul

tiplicatur, at ſolum remanet. Ars autem, quæ optimum granum cognoſcit eum accipit, & benè ſtercorarâ, & præparata terrâ in eam granum illud immittit, in qua putrefit, ſoluitur, & magis ſubtiliatur, ſic vt eius virtus magis intenſa infinitam ferè ſui multiplicationem affert; & vbi illa virtus in vnico grano erat incluſa, & ſopita manebat, in ſecunda hac regeneratione vires maiores, ac tantas acquirit, vt coacta ſit locum priſtinum derelinquere, & in pluribus locis, ideſt granis ſe inſinuare. Videant ergo artis diſcipuli quomodò, per ſolum actum vnius putrefactionis, & ſimplicis ſolutionis, quantam virtutem ſulphur illud internum acquirat, & tamen fatendum eſt eſſe ſimplicem illam virtutem, in illo primo grano incluſam, nec maiorem ſibi aditam, verùm in ſuo eſſe corroboratam, & purificatam, ita vt de potentia ad actum ſeſe manifeſtet, per multi-

ti-

tiplicationem ſui humidi radicalis, ab humido radicali elementorum mutuo accepti, at virtus ſpecifica eſt illa eadem, nec aliundè, aut ab alio corpore petita. Similiter ſi granum Phyſicum accipiatur, & in terram ſuam ſtercoratam à ſulphuribus liberatam, & in puritatem adductam immittatur, ibi putrefiet, ſeparabitur purum ab impuro in vera ſolutione, & nouam generationem nobiliorem acquiret.

Hanc terram, ò Lector, ſi ſcis acquirere, parua tibi reſtat via ad opus complendum; non eſt terra vulgaris, ſed terra Virginea, non illa, quam ſtulti effodiunt ſub terra, quam calcamus, vbi nullum germen, nec ſemen ſatum ſit, at eſt illa, quæ ſuper caput noſtrum ſæpè ſæpius fertur, nec Sol terrenus eam actu illuſtrauit. Hæc terra peſtilentialibus vaporibus, & lethalibus venenis infecta, quæ omnia induſtria artificis ſunt delen-

lenda, & ſuo menſtruo crudo acuenda, vt maiorem virtutem obtineat, & ſoluendi facultatem nanciſcatur. Hæc tamen non eſt illa terra ſapientum, vbi virtutes cœlorum principaliter vireſcunt, & Sol, & Luna noſtra abſorti iacent, quia talis terra ſola completa, verà, & Phyſica calcinatione acquiritur, at, eſt terra, quæ maſculum expectat, ideſt ſemen ſolare, & eſt illa, quæ Mercurij nomine decoratur. Attamen benignè Lector nè] confundas intellectum tuum hoc nomine Mercurij, ſed habeas magiſtrum, & ductorem caput quintum, per quod à laberinto te extricabis. Hæc ars myſtica eſt & non niſi ſuis principijs declaratur: Cognoſcas ergo principium & finem conſequeris.

VI.

V I.

L'arte dunque che fà ? Miniſtra accorta
Di natura operoſa
Con fiamma vaporoſa
Purga il ſentiero, e a la prigione porta,
Che non con altra Scorta,
Non con mezzo migliore
D'vn continuo calore
Si ſoccorre a natura, ond'ella poi
Sciogle al noſtro Mercurio i ceppi ſuoi.

CAPVT SEXTVM.

IN generatione omnium rerum calor ſemper per naturam adhibetur. In animali compoſito, hic eſt manifeſtus: In vegetabili verò inſenſibilis, ſed per ſolis acceſſum dicto tem-

tempore comprehenſibilis, ſecundum anni ſtationes: Attamen ne credas, quod calor ſolis ſit cauſa, vt cauſa, ſed eſt cauſa ſuſcitans externum ignem naturæ per motum ſolis, & ſphærarum. In mineralibus iſte calor, nunquam perceptibilis, niſi aliquando accidentaliter in ſulphurum accenſione, ſed iſte calor non inſeruit generationi, at potius generata, quæuis hijs locis propinqua comburit, & diſſipat: Vndè de alia caloris cauſa inquirendum.

Calor iſte ſenſu percipi non debet, alias opus iſtud celerimum foret apud naturam, ſed talis eſſe debet, vt potius frigus percipiatur, vt videre eſt in fodinis metallorum, in quibus aſſiduum frigus viget: Ex hinc opus naturale ſemper mirabile videtur, ſi in medio frigoris causã generationis incluſam retinet; eſt enim talis calor, qui frigiditatem non abhorret, & cum ſit de natura ſuperiorum im-

p:r-

perceptibilis meritò comprehenditur. Occuli noſtri ſunt craſſo corpore obducti, vndè nil mirum ſi ea, quæ ſunt ſpiritualis ſubſtantiæ non cognoſcant. Scimus in artificialibus radium fabrefacti horologij ſemper ſine quiete moueri, & ab effectu eius motum intelligimus: attamen nullus eſt ità accuti ſenſus, vt eum motum percipiat, quamuis aſſiduâ conſtantia, per totum horarum ſpatium attentè hunc motum obſeruare conaretur. Vndè argumento à fortiori ſumpto fatendum erit motum naturæ, quæ ſemper eſt artifice ſagacior, & in ſuis operibus ſubtilior, nil mirum eſſe occulis noſtris inſenſibilem fore. Eſt calor de natura ſpirituum, & qualitas eorum occulta, quæ ſemper eos comitatur, vndè ſpiritibus proprium eſt ſemper moueri, & cum motus ſit cauſa caloris, ſemper innata facultate calefacere. Exemplum in ſpiritibus aquæ fortis, &
alia-

aliarum aquarum, quæ hyemis etiam tempore non minùs comburunt corpora, quàm ipſe ignis quouis tempore, & loco. Aquæ iſtæ talem alterationem faciunt, vt totam naturam deſtruerent, & corpora naturalia quoquè ad nihilum redigerent. Verùm humidum radicale elementorum eas non timet, & voracitatem earum non expaueſcit; in eo enim, vt diximus alius ignis deliteſcit, qui eſt fortioris naturæ, & nobilior, & hunc ignobilem ſpernit: Hinc aurum, quod maximè eo abundat, per tales aquas non conſummitur, & licet videatur ab eis ſolutum, & in naturam aquæ redactum, non eſt niſi fallacia ſenſus, dū ab illis aquis iterum in ſua pulchritudine exurgit, nec minimum eius pondus ammittit, quod in alijs corporibus non operantur, quia eorum humidum, non eſt ita deffinitum, & igne naturæ intrinſeco determinatum, ſed igne illis
lan-

langueſcit, & nimis cruda humiditate ſuffocatus, vnde per ignem iſtarum aquarum eius nutrimentum alteratur, & in auras diſpergitur, ſic compoſitum ad nihilum redactum cernitur, & in cinerem corroſam migratur. Spiritus enim iſti dicuntur ignes contra naturam, quia naturam deſtruunt. Hinc percipiant, quanto ignari errent in electione iſtarum aquarum, pro metallis, ſuiſquè matèrialibus diſſoluendis. Quando vti debent igne, quo natura vtitur, & eum ſuis manibus accuere, & actiuiorem reddere, vt benignior, & placidior ſit naturæ compoſiti. Structura huius ignis eſt ſagaciſſima, & in ea totum ferè Phiſicum arcanum conſiſtit. De ea nihil, aut parcè admodum locuti ſunt Philoſophi, verum nos infra de ea aliquid demonſtrabimus. Modo ſufficiat Chymiaſtrum admonere, ne cum aquis fortibus, & vulgaribus ſuum tentet conſtruere ignem,

naturæ enim tali igne non eſt ſuccurrendum, verum igne placido, & naturali, & gradu cognito adminiſtrato.

VII.

Sì, sì queſto Mercurio Animi indotti,
Sol cercar voi douete,
Che in lui ſolo potete
Trouar ciò, che deſian gl'Ingegni dotti.
In lui già ſon ridotti
In proſſima potenza,
E Luna, e Sol; che ſenza
Oro, e argento del volgo, uniti inſieme
Son de l'argento, e l'oro il vero ſeme.

CA-

CAPVT SEPTIMVM.

EX fine intentionis reſultare principium docetur in dialogo naturæ, & alibi. Verũ finis, ad quẽ omnes Chymici anhelantes collimant, eſt aurum facere, & ſolo iſto motu, ad hanc artem adipiſcendam ſunt inducti. Auri tyrannides ita orbem occupauit, vt nulla regio, nulla ciuitas, immò nullus in ciuitate vicus, in quo auri potentia, ſeſe manifeſtare non valeat. Homo quilibet, quantumuis ſapientiſſimus, & quiuis ruſticus, immo infans quantumuis ſimpliciſſimus eius ſplendore exhilareſcit, & eius pulchritudine allicitur. Propium certé naturæ humanæ bonum ſemper appetere, & perfectius deſiderare. Nil ſub Sole perfectius, quàm ipſe filius Solis, qui patris ſui veram imaginem eſ-

ſe non denegatur. Nec ſpurius, nec adulterinus eſt filius, verùm legitima, naturæ lege, ſoboles factus ipſius fulgore illuſtratus, eius virtutem in ſe recipit, & receptam aliis liberaliter communicat: Nil Sole in cœlo pulchrius, nil auro in terra elegantior. Hunc obtinere, & ad ſui vſum conuertere tota anhelat Chymicoruum choors: vnde talis eſt eius finis, talis meta laborum. Ex fine ergo iſtius intentionis reſultat principium ad fitionis reſultat principium ad finem conſequendum, aurum nempè. Verum in rerum multiplicatione non fructus, non corpus requiritur, ſed ſperma, & ſemen corporis, in quo ſeſe multiplicat. Quid ſit hoc ſperma, quid ſemen iam tempus eſt breuiter docere.

Supra multis in locis diximus ſubiectum naturæ, & corporum ſubſtantia, eſſe humidum rerum radicale. Iſtius humidi natura iam manifeſtata; vnde nil reſtat ſcire, quam ordinem ſpecificationis, & mo-

modum multiplicationis. Sit ſemper firmùm, ignem naturæ, ſeu ſulphur naturæ in humido radicali deliteſcere, & eſſe ſupremum in natura artificem, eius voluntati tota natura obedit, quidquid illud vult, vult & natura. Ignis iſte in corpore incluſus ſemper operare, & ſeſe extendere in virtute, & quantitate deſiderans, ad ſui multiplicationem humidum radicale, corporis in ſe conuertit, & eum ſemper conſumit, ſed imperceptibiliter, & inſenſibiliter, aliàs citiùs natura corporis conſumeretur, ni nouum humidum ei ſuppeditaretur. Ignis iſte eſt calidum innatum, vnde calore ſemper eſt turgens, & ſpiritibus ſpecificis eſt ſemper occupatus, qui ſpiritus ſunt de natura lucis ſuperioris, verùm per Verbi Dei ineffabilem virtutem, in principio creationis obtinuerunt hanc ſpecificationem, iuxta eius liberam voluntatem, ſic voluit, & eius voluntati natura

obedit, ac eius mandatum ſemper exequitur: talis ſpiritus ſpecificatus, ſemper in tali corpore permanebit, donec in totum conſumptum, & ad nihilum redactum corpus fuerit, vſquequò ſcilicet humidum radicale, in aliqua ſui parte remanſerit, quo humido perempto, vt ſupradictum eſt, & vires, & ſpecifica virtus corporis deſtructa eſt. Hoc calidum innatũ, tali ſpiritu ſpecifico decoratum, in regio ſolio humidi radicalis, tanquàm Sol in propia ſphæra reſidet, eius voluntati natura corporis obedit, & humidum radicale materiam, ac cibum ſubminiſtrat. Humidum ergo hoc depaſcendo in ſui naturam conuertit, ſed aliquando debilius, aliquando fortius hanc coctionem aſſequitur, iuxtà enim excrementorum obſtacula facilius aut difficilius operatur. Humidum illud per totum corpus eſt diſperſum, & in centro cuiuslibet particulæ corporis conſeruatur, &

dum

dum humiditate turget ſperma eſt illius corporis; ſi deffinita, & magis concocta ſit hæc humiditas ſemen corporis dicitur; vnde ſemen nil aliud eſt, quam punctum inuiſibile calidi, innati ſpiritu ſpecifico illuſtratum, in humido radicali deliteſcens, quod humidum aliqualem alterationem paſſum, ſperma corporis dicitur.

In quouis regno ſiue animali, ſiue vegetabili aut minerali, ſemper illud ſemen vult multiplicari, & augeri ſi commodum habeat; verùm per naturam, quæ motum localem, non habet cogitur in quiete manere carceratum in corpore, ni ars ſagacior inſtrumento externo ſuſcitet internum calorem, quò ſtimulo vires reaſſumat, & depaſcendo augeatur, ac ſua virtute reffocilietur. Humidum enim radicale, quod cibus eſt illius ſeminis, eſt, ita in excrementis incluſum, & eis oppreſſum, vt auxilium calido innato præſtare non poſſit,

ſic calor ille cogitur in ſua quiete manere, quamuis impatiens quietis, ſed languéſcens, non niſi debilem longiſſimo tempore portiunculam, illius humidi attrahens, cęterum commotione, & intemperie elementorum diſpergitur, & in patriam regreditur corpore priori deſtructo, & in alio, attrahatum ingreditur; Sic corruptio vnius eſt generatio alterius, per continuam rerum viciſſitudinem.

In animali regno talis ordo vigetur, vt calidum hoc innatum ad ſui reſtaurationem, humidum illud attrahat in ſui cibum, per quam attrahationem membra, & cœteræ corporis partes eneruatæ nouum attrahunt, ſed crudius, verùm ſuæ naturæ, magis affine dum eum à cibis, quibus animal veſcitur attrahunt, & cibus quiuis aut eſt de genere animalium, & ſic ſimilimus, aut de genere vegetabilium, in quo aliqualem ſpecificationem paſſus eſt, magis naturæ

ani-

animalis cõgruus, quam in corpore minerali aut in corpore elementorum, vbi vniuerſalem naturam participat. Obſeruandum tamen eſt, iſta humida radicalia eſſe vnius ſubſtantiæ, & eſſentiæ, niſi quod aut aliqualem, aut nullam coctionem paſſa ſunt.

Aſt, natura ſolùm per media operatur, ni coacta ſit de extremo in extremum, opus ſuum adimplere, quòd raró accidit. Vt hijs in caſibus, qui ab auctoribus reſſeruntur de hijs, qui ſolo aere aliquanto tempore, aut terra ſuper ventrem poſita, vixerunt, & humidum hunc ab eis extraxerunt; ſed non eſt ſtandum hiis, quæ raró accidunt. Vnde concludendum eſt humidum illud radicale, quocunquè modo attrahatum, per vniuerſas corporis partes attrahi, ad calidi innati deperditi reſtaurationem. Membra omnia iſto nutrimento opleta, iam aliquid ſuperfluum, & magis naturæ aquæ aſ-

ſine reſpuūt, quod per totū corpus vagatur, donec facultate attrahatrice, alicuius partis corporis ibi attrahitur, & conſeruatur in ſpermatis vſu, & à vaſibus ſpermaticis aliquanto deffinitum, ſperma corporis eſt, quod dum per totum corpus diſperſum erat, meritò in ſe virtutem totius corporis retinet, & in potentia, quælibet membra diſtincta continet. Vnde vera ex hijs colligitur ea doctrina, quòd ſperma ſit vltimum excrementum nutrimenti.

Sperma illud vult ſemper à corpore craſſiori ſeparari, & in puritate loci deportari, vt generationi animalis inſeruiat: Vnde eſt veluti extractum, ſeu quinta eſſentia corporis, quæ opus habet maiori puritate diſſolui, & calidum illud innatum, ſeu punctum ſeminis illius in ſua virtute vigorare, & nouam ſui multiplicationem obtinere. Ad quod obtinendum natùra inſtinctum animali donauit, vt cum ſe-

fæmina ad cubandum promoueretur, vt ex tali concubitu ſperma illud à ſuo loco diuellatur, & in matricem congruam proijciatur.

In matrice ſperma maſculi poſitum ſtatim, ſe vnit cum fæminino ſpermate, & ex iſtis ſpermatibus, vnum quid ſperma hemaphroditæ naturæ conficitur: In ſpermate feminino vigent elementa paſſiua, ſicuti in maſculino actiuiora, vt data occaſione inter ſe agere, & pati poſſent, aliàs, ſi eſſent eiuſdem qualitatis, non daretur talis facilis, & ſubita alteratio, vnde periculum eſſet virtutem ſpecificam ſeminis, quæ eſt ſubtiliſſima, euaneſcere.

Spermata iſta cum aliqualem alterationem paſſa ſint, ad hoc adiuuante menſtruorum acida qualitate, tunc calidum innatum incipit agere, & ſibi humidum aſſimiliari, & creſcendo in qualitate virtutis, & quantitate, fit maturior, & actiuior, ac ſemper nouo

 cibo,

cibo, à menſtruo ſuppeditato, aſſumpto in carneam ſubſtantiam, in oſſa, & ſanguinem tranſmutatur, de quorum partium generatione ſuo tempore, aliqua in lucem dabimus: Modò ſolùm ſciendum, quid ſperma iſtud, & quomodo augetur, per ſanguinis menſtrui tranſmutationem. Sanguis enim menſtrualis abundat humiditate, per quam fit ſpermatis corruptio, & ſua virulenta cruditate, ac aciditate, elementa humidiora humidi radicalis corrumpit, & à compoſito ſoluit, quæ magis in illa alteratione purificata, nobilius ſemini alimentum ſubminiſtrant, vt maturius, & virtuoſius poſſit operari: Sed de hoc regno animali ſatis.

Ad regnum vegetabile, quod attinet eodem ordine dicemus, ſperma vegetabilium eſſe eorum humidum radicale, per corporis dimenſionem diſperſum, aquea humiditate turgens: Hoc ſemper

vult

vult ſubtiliari, & in ſublime attolli, per attrahationem aeris ſuperioris, quia etiam aer eſt: nam natura, natura lætatur, & gaudet; Vnde arbores, & ſtirpes quæuis in altum attolluntur, parte craſſiori depoſita donec in congrua ſubtilitate peruenerint, puro, ab impuro ſeparato, in granum ſeminis prorumpant. Iſtud granum in quo ſperma nobiliùs viget, eſt de natura hæmaphroditi, quia in ſe, & maſculinas, & fæmininas qualitates continet. Vegetabilibus enim, cum non habeant motum localem ad copulam vtriuſque naturæ aſſequendam, opus fuit, iſtam duplicem naturam in ſuis granis, & ſeminibus continere. Grana iſta, ni externo agente moueantur, in quiete permanent, nec ad nouam generationem procedunt; Verum, ſi Agricola ea in terram congruam inijciat, quaſi in matricem, vbi menſtrualis humor, ideſt crudior delitеſcit, tunc humiditate
il-

illa menſtruoſa, & acri nitroſo ſpiritu corrumpuntur, & ex hac corruptione ſemen ſoluitur, & ſperma purificatur. Semen ſolutum attrahit ad ſui reſtaurationem nouum alimentum, ſed inſufficientem in grano inueniens, è terra extrahit quo vigoratur, & virtuoſius euadit. Per hanc attrahationem, & aliquales terræ partes, & aquæ, quæ vaſa ſunt aliorum elementorum, & ipſius humidi radicalis, attrahuntur etiam, & ſic ſemen creſcit in virtut s qualitate, & corpus in quantitate. Talem attrahationem ſemen maximo appetitu deſiderat, vt impatiens quietis ipſe obuiam venit illi nutrimento, & in radicem ſe extendit, quæ in ſinubus terræ inſinuatur, ſemper nouum cibum appetens; & quamuis ille cibus in aere abundanter inueniatur, attamen in terra eſt magis grani naturæ ſimilis, quia non ita ſpiritualior: Vnde ſagacis naturæ Creator voluit,

luit, vt eo tempore, quo grana ſeruntur, frigus inſtantis hyemis terram circumdaret, vt obſtructis eius poris, ſemen cibum in aere non quæreret, ſed in propia terra magis illi congruum.

Inſuper actione illius imminentis frigoris vapor ille elementorum, ſeu humidum crudius rerum radicale, in terram ſecuriùs reſeruatur, quia pori terræ frigiditate externa ſunt occluſi: Vnde radices in ſinubus eius facilius, & libero motu ſe extendunt. Radix quantitate, & vigore adauget ſe, & propter terræ frigiditatem, & aquæ craſſitiem craſſior facta, corpus durum, & rude aſſumit. Adueniente autem Veris tempore pori terræ aperiuntur, & exhalante vapore illo incluſo, radices nutrimento deſtituuntur, vt ſic conantur in aere illum quærere, quem præſentia ſentiunt; vnde ſe extolluntur, & quaſi in ſublime attrahuntur. In hac extenſione magis pu-

purum, ab impuro ſeparatur, hauſto à radice craſſiori nutrimento, ad molis quantitatem producendam. Stirps pubeſcit, & in virtute, & fortitudine vigoratur, donec ad perfectam ætatem peruenerit, & debilitata attrahatione cogitur ſtare in terminis ſuæ magnitudinis, verùm ſemper purum ab impuro ſeparatur; quod purum nouo cortice incluſum, in tot granis includitur, quot ſunt ſufficientes eius quantitatem retinere, & ſic multiplicata grana inueniuntur, & ex vno paruo corpuſculo mirabiliter, multa adnaſcuntur. Hæc eſt vegetabilium compendioſa, & ſincera multiplicatio.

Ad mineralia autem veniendum de quibus, & breuiter dicamus, eodem ordine eſſe producta, quia vna, & eadem eſt natura: Verùm de metallorum generatione, cum ſupra dictum ſit, ibi Lector remittitur; Sufficit hic aliqua de eorum ſemine dicere. Semen metallorum

eſt

eſt propiè eorum calidum innatum, ſeu ignis humido radicali incluſus: At quià natura tempus, & commodum habuit eorum humidum, in vaporem purificare, ob loci commoditatem, videtur quaſi dicendum metalla, quià homogenea in toto ſui eſſe, nil aliud eſſe niſi verum humidū radicale, (præcipuè metalla perfecta, quæ nec ſcoriam, nec externum ſulphur retinuerunt) à corpore ſeparatum. Hoc humidum alio nomine argentum viuum dicitur; at ne credas, quod totaliter ſit purificatum, & ſubtiliatum, vt naturam ſpermatis acquiſierit, ſed aliqualem craſſitiem adeptum eſſe, quam in terra contraxit, per aſſumptionem aqueæ ſubſtantiæ, qua maximè metalla abundant (ſunt enim potius fructus aquæ, ſicuti vegetabilia terræ) cœtera autem elementa ſunt diuerſo modo ei permixta.

Sperma igitur metallorum homogenicè in vnum corpus incluſum,

ſum, quod eſt argentum viuum vulgi, & cæterorum metallorum, quod eis materiam ſubminiſtrat; ablata enim à metallo ſubſtantia argenti viui (quod ab omnibus erui poteſt) non eſt amplius metallum: Verùm iſtud ſperma eſt etiam coinquinatum, & compacto corpore terræ ſuæ, & aquæ incluſum; quæ terra, & aqua licet ſint reſpectu aliorum corporum puriſſimæ, & ſplendidiſſimæ, attamen reſpectu ſeminis ſunt ad inſtar fæcis, & corticis. Punctus enim ſeminis eſt potius de natura cœli, quàm naturæ inferioris, quia illius lucis eſt adæquatum væhiculum, vnde puriſſimo corpore claudi debet; hoc corpus eſt media ſubſtantia argenti viui de qua Geber, & alij ſemper loquuntur, cum ſit lapis in eorum capitulis notus, & eſt verum ſperma metallorum, quod habere opus eſt, aliàs multiplicatio ſeminis impoſſibilis erit. Semen etiam eſt incluſum in illo ſpermate, vt in

cœteris regnis dictum eſt, verùm in vno atque altero metallo diuerſo gradu, iuxta quantitatem decoctionis, & purificationis eorum. Vnde ab omnibus extrahi poteſt, ſed facilius in aliquibus, in aliis autem difficillimè, & quaſi impoſſibiliter. Hoc cognoſcere ſemen artifici in primis neceſſarium, & cognitum, extrahere ad nouam generationem, & multiplicationem; Sed priùs eius ſperma putrefaciendum, ſeparandum, & purificandum inſtrumento propio, & menſtruo conuenienti in adæquata matrice, & ſic eum multiplicatũ inuenies, & eſt verus lapis Philoſophorum, & ſulphur ſapientiæ.

Amplius tibi dicimus, quod illud ſemen in metallis, ſpeciatim naturam fixi obtinuit: ideo ad eum indagandum, ſpecialiter in iſtis, Philoſophi moti ſunt, vt fixam Medicinam haberent, quæ aſſumpta, non ita facilè conſumaretur, nec debili calore euolaret. Eſto

pru-

prudens ò Lector in eius extrahaſtione, ſi vis opus Philoſophicum aſſequi, & hoc ſufficiat.

VIII.

Pur ogni ſeme inutile, ſi vede,
Se incorrotto, & integro
Non marciſce, e vien negro.
Al generar la corruttion precede.
Tal natura prouede
Ne l'opre ſue viuaci,
E noi di lei ſeguaci,
Se non produrre aborti alfin vogliamo,
Pria negreggiar, chę biancheggiar dobbiamo.

CA-

CAPVT OCTAVVM.

HOc in loco Poeta noſter, quæ ſupra pernarrauimus videtur breuitèr docere; ſine enim putrefactione impoſſibile eſt optatum aſſequi finem, quòd eſt, liberatio illius ſulphuris, aut ſeminis, quod in carcere elementorum reperitur, & nul'o alio medio, niſi corruptionis. Semen itaquè ni in terram immittatur ad corrumpendum, ipſum ſolum manet: Vndè ad ſemina rerum multiplicanda natura nos docuit, vti corruptione: Hæc autem corruptio in appropiato menſtruo peragitur, vt ſupra docuimus, vtì in animalibus, & vegetabilibus videre eſt. In animalibus menſtruum eſt in matrice poſitum, & in ea ſperma corrumpitur. In vegetabilibus, in terra eorum menſtruum reperitur, quo reincrudantur, &

cor-

corrumpuntur eorum ſemina. In mineralibus ſimiliter, in eorũ matrice, quæ pro terra habenda, menſtruum eorum latet. At ſicut in animalibus matrices fæminarum ſunt confortandæ,& prægnantes optimis cibis nutriendæ, aliàs impura matrix fætum, aut non extrudet,aut infirmus iacebit; Sic, & in vegetabilibus terra eſt aranda, purificanda, adaquanda, & ſtercoranda, aliàs inutilitèr granum in ea immitteretur.

Eadem erit ergò ratio in mineralibus, & præcipuè in metallis,& in elixiris generatione; ſi enim ſemen aurificum in terram incultam proijciatur, nunquàm artifex finem optatum aſſequetur. Matrix enim eſt inquinata fætidis vaporibus, & virulentis ſulphuribus: tù prudens eſto in eius cultura, poſteà in ea ſemen tuum pone, & multum fructum afferet.

LVX

LVX
OBNVBILATA
Suaptè natura reſfulgens.

Vera

DE LAPIDE
PHILOSOPHICO
THEORICA.

I.

O voi, che à fabricar l'oro per Arte
Non mai ſtanchi trahete
Da continuo carbon fiamme inceſſanti,
E i voſtri miſti in tanti modi, e tanti
Hor fermate, hor ſciogliete,
Hor tutti ſciolti, hor congelati in parte.
Quindi in remota parte

Far-

Farfalle affumicate, e notte, e giorno
State vegliando à ſtolti fochi intorno.

CAPVT PRIMVM.

Chymicorum frons inceſſanti ſudore madefacta, eorum humidum intellectum in deſtillatione diſſoluit: Verùm ſemper craſſis vaporibus inquinata, nunquam ab eorum ignorantia purificatur, quin fæcibus immerſa atros ſemper vapores, in ſignum ſtultitiæ eorum, exſudet. Deperditorum ſupplicium, qui lumen videre conantur, in tenebris vagare. Sunt ità eorum occuli obcæcati, vt quamuis lux eis oriatur, ignaui ſomno ſemper grauentur. Quis eorum tenebras fugare poterit? Quis eorum craſſities diſſoluere? Dum continuo ignium calore, ità arefacti ſunt eis ſenſus, vt ſi

ne

ne ſenſu videantur. Iſti ſunt, qui varia mixtorum genera ſuis calcinationibus, diſſolutionibus, cohobationibus, atquè ſublimationibus anatomizare non ceſſant. Elementorum diſtinctas ſubſtantias manibus tractare præſumunt, & eorum mixturis nomina ſuo modo fingunt, veluti aeris,& ignis eorum oleis, & inſanis confectionibus. Quæ dementia, corpus ſua craſſitie, atquè inquinamento indutum aquis ſoluere? Aquis illis, quæ corroſiuæ, & contra naturam dicuutur, quia naturam in mixtis incluſam corrumpunt,& diſſipant? Neſcientes, quod aquæ ſolutiuæ Philoſophorum manus madefacere non debent, quia ſunt de genere ſpirituum mercurialium, & ſunt ſpiritus permanentes, qui nihil madefaciunt, niſi ea, quæ ſunt de eorum natura. Neſcientes, quid doceant Philoſophi; nullam aquam corpora ſoluere poſſe vera ſolutione, niſi quæ permanet cum eis in

materia, & forma, & quam metalla ſoluta poſſunt iterum recongelare.

Sed, quæ nam ſimilitudo inter has aquas, & eorum corpora? nulla ſanè; immò ſemper corporibus ſupernatant, etſi vſquè ad vltimum diem in igne conſeruarentur. Miſeri, qui ſine præuia ſcientia ſcire præſumunt.

In cognitione aquæ Philoſophicæ non minor ſapientia, quàm in cognitione ſulphuris requiritur. Solutionis enim opus, ità occultum, ſicut eſt occultum aurum eorum ſoluendum. At iſti ignorantes ſtatìm aurum, aut corpora metallica ſumunt, & Mercurio vulgi, aut alio corroſiuo minerali ſoluere putàntes, tentant, & nihil inueniunt. Quæ nam ratio eos ſuadet? terreum eorum corpus cum aliqua humiditate aquea coniungi poſſe, ſine medio has naturas coniungente? Præcipientibus Philoſophis elementa ſuis medijs combinari,

nec

nec extrema vniri poſſe, ſine medij natura participante. Verùm iſti neſciunt, quid ſciunt, & omni fundamento carentes, aliquid boni ædificare conantur; Iuxta eorum captum res rebus coaptant, & ſine validiori indagine res familiares ſibi fingunt. Multi iſtorum ſunt, qui ità diſcurrentes in eorum cerebro, huic ſententiæ facilé aſtipulantur; quod materia eſt vna, quæ ſolui debet, & purificari, poſtea purius ab ea extrahere, atquè in mercurio mundo ponere debeant, nec alia induſtria opus eſſe, nec alio igne, quàm carbonum, & potiùs naturæ committendum, quàm induſtriæ, & ſcientiæ artificis. Qui talia dicunt ſunt inter alios doctiores, & verba Philoſophorum præ alijs intelligere præſumunt, verùm indocti ſuper quæ fundent ſuam intentionem ignorant. Antequam naturæ, opus ſit committendum; opus eſt artifici ſicuti agricolæ granum elligere, & eum

depurare, poſtea in terram benè cultam eum ponere, & tunc naturæ committere, ſolo ſimplici calore, ab extrà adminiſtrato. Quid ſit granum; quæ terræ huius cultura, prius illis intelligendum, poſtea diſcere incipient. Sed cum ſolutionis opus tetigimus tempus eſt, vt de ea aliquid accuratiùs diſquiramus.

Tres ſolutiones in opere Phiſico, ab auctoribus deſcribuntur: Vna eſt corporis metallici, & crudi in ſua principia ſulphur nempè, & argentum viuum. Secunda eſt corporis Phiſici. Tertia eſt terræ Mineralis; Hæ ſolutiones, ita ſunt terminis obſcuris obuelatæ, vt niſi per Magiſtrum fidelem, intelligi poſſunt. Prima ſolutio eſt peragenda, quandò corpus noſtrum metallicum aſſumimus, & in Mercurium, & poſtmodum in ſulphur diuidimus. Vnde opus, eſt data induſtria, & igne noſtro occulto artificiali, Mercurium, ſeù vaporem il-

illum elementorum, à noſtro ſubiecto extrahere, & in extrahactione purificare, poſtmodum ſulphur, ſeù ſulphuris eſſentiam eodem, & naturali ordine à carceribus liberare; Sed hæc omnia ſolutionis medio, & corruptionis, quem optimè noſcere debes. Signum iſtius corruptionis eſt nigredo, ideſt fumi nigri ſpeciem in ſuo vitro videre. Hæc oritur per humiditatem corrumpentem, tui menſtrui naturalis, per quam humiditatem in elementorum commotione, vapor iſte exurgit; vndé, ſi videris hanc vaporoſam nigredinem certus eſto, te per rectam viam ambulaſſe, & rectum ordinem inueniſſe. Secunda eſt, quando corpus Phiſicum, ſimul cum iſtis duobus ſubſtantíjs ſoluitur, & in ea ſolutione omnia purificantur, ac cęli naturam puriſſimam adipiſcuntur, tunc elementa omnia ſubtiliata, nouæ generationis fundamentum ſubminiſtrant, tunc verum Chaos

Philoſophicum, & vera prima materia Philoſophorum, quod Bernadus comes docet; tantùm poſt fœminæ, & maſculi, Mercurij, & ſulphuris coniunctionem, prima materia dici debet, & non ante.

Hæc ſolutio eſt vera reincrudatio, vt ſemen puriſſimum habeatur in ſua virtute multiplicatum, ſi enim granum in terram iaceret, & ſubſtantia grani, non reincruderetur in hanc primam matetiam, fruſtra Agricola, ex eo optatam meſſem expectaret. Omnia ſpermata, niſi reincrudentur, nihil valent in ordine multiplicationis: Vndè hæc reincrudatio, & in primam materiam reductio, eſt perbptimè cognoſcenda, qua ſola hæc ſecunda corporis Phiſici ſolutio acquiri poteſt. Ad tertiam ſolutionem, quòd attinet, dicendùm eam eſſe illius terræ, ſeù ſulphuris Phiſici, & mineralis humectationem, per quam infáns vires augeſcit, & augmentatur; Sed quia

iſta

iſta ad multiplicationis terminum potius pertinet, ideò de ea pro nunc apud Auctores remittimus. Hæc breuiter de ſolutione diximus, vt lector; quæ ad Theoricam neceſſaria ſunt intelligat. Cæterùm, hoccè lumine Auctorum ſcripta ſecuriùs perlegat, quia facilius ab eorum inuolucris ſe extricabit.

II.

Da l'inſane fatiche homai ceſſate:
Nè più cieca ſperanza
Il credulo penſier col fumo indori.
Son l'opre voſtre inutili ſudori,
Ch'entro ſquallida ſtanza
Sol vi ſtampan ſul volto hore ſtentate.
A che fiamme oſtinate?
Non carbon violento, acceſi Faggi,

Per l'Hermetica Pietra vſano i Saggi.

CAPVT SECVNDVM.

IN hoc capitulo ordinem Poetę noſtri inſequẽdo, de inſano laborantiũ labore agere deberemus; Sed quia, ſparſim in ſuperioribus capitulis,& infra dicetur ideo breuitati ſtudentes conſultò vlteriora loqui relinquimus: tantùm de igne innuimus, quod non ſit ignis carbonum,fimi, aut lampadis, aut alterius generis ignis. Verum eſt ignis, quo natura vtitur. Ignis ille occultiſſimus in libris Philoſophorum occultè deſcriptus, conſtructionem cuius non minus difficilem, quàm ſub ſilentio inuolutam eſſe ſimus, & ſi artifices hanc ignis ſtructuram cognoſcerent, audemus dicere, quod omnes lapidem Phiſicum, operare tentantes, aſſequerentur. Vnde vt noſtræ inten-

tentioni ſatisfaciamus, de eo ſequentia docemur.

III.

Col foco, ondè ſotterra al tutto gioua
Natura, Arte lauora,
Che immitar la natura arte ſol deue:
Foco, che è vaporoſo, e non è leue,
Che nutre, e non diuora,
Ch'è naturale, e l' Artificio il troua,
Arrido, e fa, che pioua;
Humido, e ogni hor diſecca, Aqua, che ſtagna,
Aqua, che laua i corpi, e Man non bagna.

CAPVT TERTIVM.

NOn miror ſi multi immò omnes errauerunt propter ignis ignorantiam; ſi enim adæquatis inſtrumentis, quis in ſua arte caruerit, opus eius ad finem intentum nunquam perducet, ſed mancum, & imperfectum ſemper inueniet. Vt igitur opera veſtra, ò filij artis, ſint perfecta, igne hoc inſtrumentali vtimini, quo ſolo omnia perficientur. Ignis iſte ſparſim per totam naturam eſt diſperſus, cum ſine eo non agat, vndè in quolibet corpore, vbi vegetationis vires conſeruantur, & hunc ignem natura abſcondit. Cum humido radicali rerum ſemper permixtus ignis iſte reperitur, & crudum ſperma corporis continuò concomitatur. At quamuis ità abbundanter in hac inferiori natura, & per omnia elementa diſperſus de-

delitescit; attamen in mundo non cognoſcitur, & eius actiones ſpernuntur. Ignis iſte eſt, qui totam rerum corruptionem exercet: Eſt ſpiritus crudiſſimus, quietis impatiens, bellum ſemper ſuſcitans, & deſtructionem promouens. Mirabile ſanè in natura arcanum, dum omnia aeri expoſita, aut aquæ humore immerſa, aut terræ tumulo deffoſſa, ad nihilum, & primum chaos quaſi reducuntur. Solidiſſimi quiuis lapides, fortiſſimæ quæuis turres, ſuperbiſſima quæuis ædificia, marmores duriſſimi, metalla etiam quæuis (auro excepto) aeri expoſita, tandem in puluerem abeunt, & longa ſæculorum ſerie ſolo æquantur. Huius portenti cauſam ſufficit vulgo ædacitati temporis attribuere, ſed miſeri neſciunt quid in elementis, & potiſſimùm in aere delitеſcat; Inſenſibilis flamma eſt, & inuiſibilis, quæ inſenſibiliter cuncta deuorat, & ſummo ſilentio omnia ſubuer-

tit. Eſt ignis iſte, de quo loquimur per aerem diffuſus, quia aereus eſt, & ſuo crudo ſpiritu mixta diſcomponens, & naturæ opificium deſtruens, & omnia in ſuum priſtinum ens corruptione peſſima reducens; Hinc tecta ædium, quæ plumbeo tegmine ſunt operta, poſt multum temporis in albam fuliginem corroſam ſe conuertũt, quæ veluti cęruſa artificialis, per pluuiarum lotionem abſtergitur, & cum aquis euaneſcens ſe immiſcet. Ferrum etiam, & quoduis aliud metallum in ſcoriam parte, poſt partem abijt, vndè animalium cadeuara, oſſium duræ ſubſtantiæ, arborum ingentes trunci, ac eorũ terrificatæ radices, marmores, petræ, metalla, ac omne naturæ genus tempore ruunt, & ad nihilum rediguntur ſola hac cauſa, ſolo iſto occulto igne.

Ignis iſte etiam Mercurius nominis æquiuocatione à Philoſophis nominatur, quia aereæ eſt natu-

ræ, & vapor ſubtiliſſimus de ſulphure etiam participans, cuius aliqualem inquinationem contraxit; & veré dicimus, quod qui cognoſcit artis ſubiectum cognoſcit, & hunc ignem ibi potiſſimum latitare; fœcibus, & rerum inquinamentis ſemper obuolutus, non niſi ſapientibus, qui eum conſtruere, & purificare ſciunt ſeſe donat; Sulphuris labem adeptus eſt, & ſiccitatem accenſibilem, vt non niſi cautè, & ſapienter cum eo eſt agendum, ſi eo vti volumus, aliàs non valet. Per deſinentiam iſtius ignis natura in corporibus, ſæpè ſæpius laborare deſinit. Vbi eſt ei ingreſſus denegatus, ibì, & generationis emolumentum, nunquam percipitur. Vndè cogitur natura aliquando, opus detruncatum dimittere, quandò agens iſtud agere impeditur. Actio ſua eſt in continuo motu, & vaporoſa ſua flamma omnia corrumpere, & de potentia ad actum extrahere. Vti videre eſt

in

in regno animali, in quo animal nunquàm ad generationem attraheretur; nunquàm concubitus actum appeteret; nunquàm in sui similis propagationem laberetur, ni iſta face ad motum procliue fuerit; ni iſto igne ſopitus ignis eius excitaretur. Iſte eſt cauſa motus libidinoſi, quo ad concubitum animal ruit, & quaſi pungentiſſimo ſtimulo impellitur. Animal enim quoduis, ſuo tempore, ad actum concubitus ita incitatur, vt omni obſtaculi impedimento ammoto, ſpreta quauis triſtitia, neglecto quouis dolore, alacriter, & ſua ſponte eum deſiderat, & eum aſſequi conatur. Inter homines, quis ità ſtolidus fœditatem illius concubitus appeteret? quis laborioſa media ad eum, acquirendum ſuſciperet? quis emergentes ab eius fructu morbos ſuſtinere deſideraret, ni potentiſſimo aliquo impulſu conaretur? ni naturali aliqua facultate veheretur? Hæc eſt
illius

iſtius ignis actio, quæ per artus diffuſa violenter agit in corpore, eius potentias ſibi ſubditas tyranico imperio vſurpans. Facilè ignis iſte accenditur, vt ſola animi appetentia excitetur tali, ac tanta vi, vt inducatur eius voluntati libera voluntas ſeruire, & qui timore Dei ab eiuſmodi actibus abſtinuerunt, non niſi auxilio diuino, validiſſimæ rationis fræno, ab hac flamma fuerunt immunes.

Eſt ſpiritus ſubtiliſſimus, in viſceribus ſe inſinuans, totaquè viſcera commouet, & ſanguinem igne ſuo incendit; ex tali accenſione ignis internus ſuſcitatur, & ad bellum conuocatur, ac in vaſibus ſpermaticis procliuè impellitur: hinc partes illæ igneſcunt, & ſemen turgens ſpiritu vult dilatari; & limites ſui carceris ſpernens in matricem mulieris immitti anhelat, vt in propio vaſe ſeſe multiplicet, & occultam ſuam potentiam in actum generationis deducat.

In vegetabili monarchia ignis iſte eandem tyranidem exercet, verùm quamuis in omni corpore fit incluſus, attamen, quià craſſiora ſunt elementa in iſtis, quàm in animalibus, ideò eius vis, non ità facilè commouetur, ſed opus habet artis induſtria multiplicari, & ab aere, aut alio elemento, ſuum ſimile in ſubſidium conuocare, vt actiuior ſit, & æquiualentior ad operandum. Hinc ſparſus per aquæ, terræ, & aeris elementa, quando verno tempore, aut æſtate pori corporum aperiuntur, ſe in hijs inſinuat, & eff.ctum ſuæ motionis in opere vegetationis demonſtrat. Sine hoc igne natura excrementis ſuffocata langueſceret; Vndè ſagaciſſimo impulſu expergefacta omni momento agit, & vigentior facta virtutem ſuam profudit. In mineralibus idem dicendũ; verum quia iſta, & præcipuè metalla in antris terræ generantur, facile eſt, huic ignito ſpiritui conſeruari, per ſo-

ſoliditatem locorum : Vndè natura commodius hiis locis metalla procreat, ſi iſta loca eodem igne ſunt prius purificata. At cum aliquando ob frigiditatem loci corpus poros non admittat, ſed obſtructi, & excrementis impleti remaneant, tunc ſpiritus iſte cogitur per antra vagare, & mirabiles exhalationes ſuſcitare corpore illo relicto : Sed, vt ille ampliùs cognoſcatur; Sciendum eſt excrementis ſulphureis facile includi, & ibi reperiri, calidam naturam appetens, & ſalino indumento veſtiri : Vndè quia terra potiſſimum ſulphure eſt repleta; ideò hijs in locis faciliùs, interuenientibus aliis materialibus cauſis metalla generantur. Verum poſt corporis metallici generationem, non datur in hijs metallis, apud naturam multiplicatio, propter impedimenta ſupra enarrata, & propter iſtius ignis ſubitaneam fugam. Hinc metalla, quæ paſſa ſunt ignem fuſio-

nis

nis veluti mortua remanent, & ſuo externo motore priuata. Vndè artifex, vbi natura deſinit, ei auxiliatur ſuo pondere ſuccurrendo, & maiorem ignis gradum introducendo.

Ampliùs dicimus, quod ignis iſte propter ſulphuream ſiccitatem, qua participat, vult humectari, vt liberius in ſpermate humido fæminino, ſeſe inſinuet, & ſua ſuperflua humiditate eum corrumpat; Propter hanc volatilem, & ſiccam qualitatem difficilè eſt eum acquirere, vndè ſubtiliſſima rete eum piſcari debemus, medio ad hoc apto, & artifex in hoc caſu rerum ſympathias, & proprietates cognoſcere debet, & eſſe naturali magia inſtructus. Iſto igne menſtruum eſt accuendum, & illius vires augmentandæ: Et ſic non ſufficit artifici ignem cognoſcere, ni ſciat eum adminiſtrare, & per gradus notos æquare, ſed quia experientiæ, & ſagacitati magiſtri hoc

hoc eſt committendum, ideò de eo loqui vlterius ſuperſedimus.

LV.

Con tal foco lauora arte ſeguace
D'infallibil natura.
Ch'oue queſta mancò, quella ſuppliſce:
Incomincia Natura, Arte finiſce,
Che ſol l'Arte depura:
Ciò, che à purgar Natura era incapace.
L'Arte è ſempre ſagace,
Semplice è la Natura, onde, ſe ſcaltra:
Non ſpiana Vna le vie, s'arreſta l'Altra.

CA-

CAPVT QVARTVM.

SVprà diximus artis ſagacitatem in quo conſiſtere, nempè ſuccurrendo naturæ, & principaliter ignis adminiſtratione, non tantùm igne externo, verùm, & interno. Hoc nempè, quando per additamentum ſulphuris magis digeſti ſublimatio Phiſica totaliter perficitur, ad opus abbreuiandum. Ignis enim ignem adauget, & duo ignes magis calefaciunt, & elementa paſſiua in ſui naturam conuertunt, quam vnus. Vndè igne igni ſuccurrere eſt maximum artificium; & ſic tota alchymia nihil aliud eſt, quam ignes cognoſcere, & ignem perfectè adminiſtrare.

Tria Philoſophi ignium genera in ſuis libris ponunt. Ignis nempè naturalis; ignis innaturalis, & ignis contra naturam. Ignis naturalis eſt ignis maſculeus, principale agens,

gens, & in quo obtinendo tota artificis intentio; eſt enim in metallis ità langueſcens, ac in centro eorum incluſus, vt ad hoc, ad actũ liberæ virtutis veniat, labor conſtantiſſimus requiritur. Ignis innaturalis eſt ignis fæmineus, ac ſoluens naturale, corpora nutriens, & alis ſuis veſtiens nuditatem naturæ. Eum obtinere non minor labor, quam in priori requiritur. Iſte, fumi albi ſpeciem repręſentat, & in tali fumo ſæpè ſæpius, ob ignauiam artificum euaneſcit; eſt enim ferè incomprehenſibilis, quãuis per ſublimationem Phiſicam corporeus, & ſplendidior appareat. Ignis contra naturam eſt ignis corrumpens compoſitum, & quod natura ligauerat primas vices diſſoluendi obtinet. Multorum nominum inuolucris compræhenſus, vt ignorantibus lateat. Vnde ſtudium, & repetita lectio, cum poſſibilitate naturæ eſt conferenda. Adſunt, & alii ignes, vt potè
fimi

fimi æquini, balnei, cinerum corticum, nucum, olei, lampadis, & ſi qui ſunt alii, qui omnes ſub genere horum trium ignium myſticè comprehenduntur, aut per ſe, aut in parte, aut ſimul vniti. Sed quia horum nomina, & alia, quæ in libris leguntur magnum volumen requirerent, vt eius declaratio noteſceret, ideo in præſenti, vbi breuitas deſideratur, ſatis ſit mediocritèr intelligenti. Propietates iſtius ignis ità dilucidè a noſtro poeta ſunt deſcriptæ, vt opus non habent, pro nunc maiori dilucidatione.

V.

Dunque à che prò tante ſoſtanze, e tante
In Retorte, in Lambicchi,
S'vnica è la materia, vnico il Foco?

Vni-

Suaptè natura refulgens.

Vnica è la materia, e in ogni loco
L'hanno i Poueri e i Ricchi,
A tutti ſconoſciuta, e a tutti i-
nante.
Abietta al volgo errante,
Che per fango à vil prezzo ogni
hor la vende,
Pretioſa al Filoſofo, che intende.

CAPVT QVINTVM.

De vnitate materiæ, omnes ferè conſtanter affirmãt, eam eſſe vnam ſpecie, & numero. Verùm multi ſunt, qui de materia Phiſica loquuntur, quę eſt ſubſtantia mercurialis, & eam dicunt vnam eſſe, quia vnus in tota natura Mercurius, quamuis qualitates diuerſas in ſe contineat, per quas variatur iuxta prædominium, aut alterationem illarum qualitatum. Sed de hac vnitate non loquor, at de illa reſpectu ſubiecti Phiſici, quod præ manibus

ab

ab artiſta accipi debet, quod ſubiectum debet eſſe vnicum, nec in plures materias cadit operatio noſtra, quia miſcibilium proportionem, & naturæ pondus ars præ manibus habere non poteſt. Vna eſt natura, vnica operatio, & vnicum etiam ſubiectum tam mirandarum operationum vas, & nobile ſcrinium.

Hoc ſubiectum in pluribus locis reperitur, & in quolibet etiam naturæ regno; verùm, ſi ſtandum eſt in poſſibilitate ipſius naturæ, cum natura, & per naturam natura metallica adiuuanda. In mineralibus ergò, in cuius regno tantùm ſemen metallicum continetur, vnum datur ſolum ſubiectum aptum, & facilé ſuper quod ars ellaborare debeat; & quamuis plures ſint huiuſmodi materiæ, vna præ alijs accipienda. Plures ſunt in homine ætates, at virilis aptior ad generandum. Plures in anno ſtationes, at Autumnus ad meſſem re-

recollendam. Plura in cœlo lumi-naria, at vnus Sol ad illuminan-dum. Aptiorem materiam cogno-ſcas, & faciliorem aſſumas. Om-nes materias relinquimus, in qui-bus ens metallicum non ſit inclu-ſum, non tantum in potentia, ve-rum in actu realiſſimo, & ſic non errabis in electione tuæ materiæ. Vbi metallicus ſplendor non eſt, nec lumen ſulphuris noſtri eſſe poteſt: Sinas omnes in ſuo errore errare, nec fallacijs eorum adhæ-reas, ſi optatum finem conſequi deſideras. In vnico hoc ſubiecto omnia arti, neceſſaria ſunt inclu-ſa: verùm opus eſt ſuccurrere na-turæ, vt opus citiùs, & meliùs ter-minetur; & hoc, duplici cognito medio.

Hoc ſubiectum non ſolum eſt vnum, verum etiam vile ab omni-bus exiſtimatum, nec vllam pri-mo intuitu in ſe elegantiam con-tinet; non eſt vendibile, quia in nullius vſu eſt excepto opere Phi-

loſophorum, & quamuis dicatur, à Philoſophis, eo vti omnis creatura, & in apothecis reperiri, ac ab omnibus cognoſci, iſti aut loquuntur de ſpecie, aut de interna illius ſubſtantia Mercuriali, quæ eſt in omnibus. A multis præ manibus ſumitur, & ex ignorantia eijcitur, quia nil boni in eo exiſtimatur, vt mihi pluries euenit. Vt autem eum dilucidiùs cognoſcas, inſtruam te vlteriùs tali documento. Scias ſulphur Philoſophicum eſſe ignem puriſſimum naturæ, per elementa diſperſum, & à natura in hoc, & alijs ſubiectis incluſum, & coctione aliqua congelatum, & partim fixatum, attamen non niſi in potentia fixio eius, latens multis volatilibus vaporibus incluſa, vt in cauſa ſint, quod auolet, & in auras euaneſcat; Summa enim volatilis, vt omnes dicunt, ſi ſuper. t fixam ambo fiunt volatiles, nec hoc in natura impoſſibile; iſtud lumen fixum in actu ſuper terram

non

non reperitur, ita vt non ſuperetur ab alijs contrarijs qualitatibus, niſi in auro, & vbi aurum, quamuis in minima quantitate reperitur. Vndè ſolùm aurum eſt corpus in ſuis elementis adæquatum, & ſic conſtans,& fixum. Verùm, ſi iſta virtus fixa, maxima volatili parte, eiuſdem naturæ cum vaporabilibus excrementis ſuperata fuerit, tùnc fixionem pro nunc amittit, quamuis in potentia ſemper retineat. Sulphur ergo noſtrum, quod in opere requiritur eſt ſplendor Solis, & Lunæ, & de natura corporum cæleſtium, tali corpore veſtitum; vnde tibi diſquirendum eſt, in quo ſubiecto ſplendor vigeri, & conſeruari poſſit, & ſcias, quod vbi eſt ſplendor, ibi, & lapis quæſitus iacet. De natura ſplendoris eſt ſine corpore, occultari occulis noſtris, vndé, corpore ad hoc apto, vt ſplendorem recipiat opus habet! & vbi lux eſt, ibi, & lucis auriga eſſe o-

portet, ſic facilè non errabis, lumine lumen inquirito quamuis tenebris inuolutum. Hinc diſcas, quod ſubiectum omnium infimum apud ignorantes, apud ſapientes ſit nobiliſſimum ſuper omnia, cum in eo ſolo lux quieſcat, & eo ſolo lux retineatur. Nulla, in mundo natura, excepta anima rationali, ita puriſſima, ſicut lux, ergo ſubiectum lucis eſſe debet puriſſimum, ſicuti, & vas amborum, nec puritate carere debet. Sic nobiliſſimum in abiectiſſimo includitur corpore, vt non omnes cognoſcant omnia.

VI.

V I.

Queſta materia ſol tanto auuilita
Cerchin gli ingegni accorti,
Che in lei quanto deſian tutto s' aduna:
In lei chiudonſi vniti, e Sole, e Luna,
Non volgari, non morti,
In lei chiudeſi il foco, onde han la Vita.
El'a dà l'acqua ignita,
Ella la terra fiſſa, ella dà tutto,
Che infin biſogna a vn intelletto iſtrutto.

CAPVT SEXTVM.

IN hoc capite, quod de ſubiecto artis à nobis ſupra dictum eſt Auctor ſuo ſtylo docere ſequitur. Verùm ne Palinodiam repetamus ſolùm dicimus, quod in hoc ſubiecto ſal, ſulphur, & Mercurius

Philoſophorum latet, quod adamau ſim ſunt extrahenda ſola Phiſica, & completa ſublimatione. Primo Mercurium in forma vaporis, ſeù albi fumi, poſtmodum aquã igneam, ſeù ſulphur cum eorũ purificato, & extracto ſale ſoluere oportet, & volatilizare fixum, & ambo coniungere vera vnione. De hac terra fixa ab Auctore noſtro Poeta nominata, quã, ait, in dicto ſubiecto contineri, dicimus eam eſſe lapidis perfectionem, & verum vinculum naturæ, ac vas, vbi elementa quieſcunt, hoc eſt, terra fuſibilis ignea calidiſſima, puriſſima, quæ ſoluenda, inhumanda, vt penetrabilior fiat, & vſui apta, & ſecundum vas totius perfectionis ſit; ſicutì de Mercurio dicitur, quod vas Philoſophorum eſt aqua eorum, ſic dici poteſt de hac terra, quòd vas Philoſophorum eſt terra eorum. Vnde, benigne lector, in hoc ſolo ſubiecto natura prouida mater, quidquid deſideras tibi

præ-

præparauit, vt nucleum ex eo eximas, & in tui vſum ſagaciter accomodes.

Terra hæc ſua innata, & ignea ſiccitate humidum ſuum attrahendo deuorat, & eſt draconi comparata, qui caudam ſuam deglutit, eo quia humidum illi eſt naturale, & ſimilimum ideo eum attrahit, & ſibi aſſimiliat. Vnde error iſtorum ſtultorum deprehenditur, qui res toto cœlo differentes, & contrarias, in quibus nulla attrahatio, vnire, & congelare cum ſuis humiditatibus tentant. Calor externus non ſufficit aquam congelare, immò potiùs diſſoluit, & in auras diſſipat, dato quocumque gradu, ſed calor internus noſtræ terræ Phiſicæ hæc naturaliùs operatur, ideò perfecta, & ſecura coagulatio.

VII.

Mà voi ſenza oſſeruar, che vn ſol Compoſto
Al Filoſofo baſta,
Più ne prendete in man Chimici ignari.
Ei cuoce in vn ſol vaſo ai Rai Solari
Vn vapor, che s'impaſta,
Voi mille paſte al foco hauete eſpoſto.
Coſi mentre hà compoſto
Dal nulla il tutto Iddio, Voi finalmente
Tornate il tutto al primitiuo niente.

CAPVT SEPTIMVM.

VAna Chymiculorum opera hic Auctor deludit, & principalitèr, dum plures materias in manibus ſumunt, quod veræ ſcien-

ſcientiæ repugnat: nam iſtæ ſubſtantiæ, aut ſunt à natura ſeparatæ, aut ab artifice, ſi à natura quidquid tentent, quod natura diſiunxit illi coniungere neſcient, quia ſemper aquea ſubſtantia terræ ſupernatabit; & quod eſt obſeruandum, nunquàm iuſtum pondus earum cognoſcent, quia naturæ lancem non habet. Natura enim per attrahationem ponderat rerum eſſentias, quam attrahationem iſti ignari diſſipant potiùs, quàm conſortent. Stomacus enim animalis, quod ſibi eſt neceſſarium, attrahit, cœterum eijcit per excrementa. Vndè eſt illis hoc pondus impoſſibile inuenire; & ſic eorum error incorrigibilis oſtenditur: Res enim contrarias ſumunt, & à natura diſiunctas in quibus nulla attrahatio cadit, vndè pondus nunquam conſequentur.

Si verò ab artifice ſubſtantiæ hæ ſunt ſeparatæ, pondus naturæ iam deſtructum, & diſſipatum, & per

I 5 di-

diſcontinuationem elementorum, nunquam acquiri poterit, quin vna pars ſit ab alia ſemper ſeparata. Vndè non minùs illi, qui duas materias præ manibus ſumunt, & eorum ſophiſticis operationibus laborare, purificare, & vnire tentantes, errant, quam iſti, qui vnum ſubiectum aſſumentes, in plures partes diuidunt, & futili eorum diſſolutione iterùm vnire præſumunt, quia in pluralitate ars non conſiſtit. Et quamuis à Philoſophis in omnibus ferè tractatibus, doceatur accipere modò vnam rem, modò aliam, nempè, aut fixam partem, aut volatilem, vel aurum, aut quodcumque corpus, & illud purificare, calcinare, & ſublimare, totum fallacia, & mendacijs oppletum ad fallendos homines, aut meræ inuidiæ motus. Super propios errores experientia tentata in fine diſcent, me veritatem dixiſſe, & docuiſſe.

Non

VIII.

Non molli gomme, od eſcrementi duri,
Non ſangue, ò ſperma humano,
Non vue accerbe, ò quinteſſenze Erbali,
Non acque acute, ò corroſiui ſali,
Non vitriol Romano,
Arridi Talchi, od Antimonii impuri:
Non Solfi, non Mercuri;
Non metalli del volgo alfine adopra
Vn' Artefice esperto à la grand' Opra.

CAPVT OCTAVVM.

LAborantes in animalibus, vegetabilibus, aut ortis ab iſtis toto cœlo errant, & qui talia præſumit non eſt dignus vocari Philoſophus: Quæ enim ſimilitudo inter mineralia, & metalla, ſiue materialis, ſiue formalis? Vndè iſti ſuam excuſantes fallaciam, eò quia animalia, & vegetabilia ac mineralia eumdem habent principium in genere ſubſtantiæ, & ab vnico Chaos creata ſunt, ſtulti naturam non cognoſcunt, nec eius lumen nunquā viderunt. Non eſt opus verba multiplicare ad hanc inanem opinionem refellendam; dùm contra negantes prima principia non ſit diſputandum: ſi enim iſti tali ratione mouerētur hæc futilia tentare, melius eſſet eis, eadem ratione elementa aeris, aut aquæ comunis ſuo modo

ana-

anatomizare, in quibus eaſdem ſubſtantias inuenirent faciliori captura, & minùs excrementis inquinatas. Idem dicendum de laborantibus in gummis, & Reſinis, quæ nihil aliud ſunt, quam excremēta humidi radicalis, illorum vegetabilium, tanquam ſuperfluum nutrimentum à natura, ſeu ſulphure naturali interiùs agente reiectum. In iſtis enim aliqualis elementorum alteratio orta conſpicitur, & aliqua ſpecifica agentis virtus in eis incluſa; at longiùs diſtant à natura minerali, in qua quæſitum opus tentandum.

Eodem ruunt errore in abyſſu ignorantiæ, qui in ſalibus, & aquis fortibus, ac corroſiuis laborant, omnia, quippè talia carent, ſulphure illo mirabili Phiſico, quia natura non eſt niſi in propia natura, nec ſplendor metallicus, quem obtinere debemus in eis vnquam videtur. Nec aquæ illæ præſtare poſſunt emolumentum, illud quod in-

inquirimus. Sunt humiditates contra naturam, quæ eam ſuis inquinamentis, & fætidis ſpiritibus diſſipant, & deſtruunt, vt plus quam peſte in arte fugiendę, quàm eorum miniſterio vti.

Sed quid dicendum de laborantibus in Vitriolo? iſti prima fronte punctum attigere videntur: Vitriolum enim continet principia illa, ex quibus ens metallicum generatur, vnde qui habet principium, videtur finem facilè conſequi poſſe; Sed cum iſtud principium, ſit nimis remotum, eos ſimiliter falli fatemur: Propinquam, & ſpæcificam materiam aſſumere debent, in quà natura ponderauit ſua ſpermata, & in hijs ſemen prolificum incluſit: Vnde cum ſemen metallicum Vitriolum non contineat, quia ſemen non eſt in crudo ſanguine, ſed in corpore ad terminum perfectum prouæcto, meritò, & vitriolum pro materia in hoc opere reijciendum. Simili-
ter,

ter, & ſulphur, & argentum viuum vulgaria, quia in quolibet horum aliquid deeſt, in hoc, nempè propium agens, in illud verò debita materia patiens: Maximè, quia ab omnibus Philoſophis vilipenduntur. Idem dicendum de cæteris, & omnibus mineralibus, in quibus prædictus ſplendor, & ens metallicum non inuenitur. Sed quod ad Antimonium attinet illud præſtare poſſe, quod nos quærimus videtur, & verè habet multam ſimilitudinem cum metallis, & eſt propiè crudum metallum in ſuo cortice latens, ſed ſi eius intrinſecam compoſitionem reſpiciamus, certum erit ſuperfluitates maximas continere, & humiditatem nimis craſſam, ac indeffinitam habere, vt difficile ſit arti eum purificare ob determinatam eius ſaturninam naturam, cum ſit plumbum apertum, & crudum per opus naturæ tranſmutatum. Vndè nec in illo, ſic im-

perantibus Philoſophis, laborandum erit, & in eo inſudandum.

Similiter laborantes in cœteris metallis, maximè errant in ellectione propinquioris, & debitæ materiæ, quæ cum ſit vna, non debet quis nimis ſcrupuloſa indagine variare, aut amalgamatione, aut alia vana permixtione. Verùm quia ſuperius dictum eſt de eorum generatione, & eorum imperfectionum cauſa, per quam in opere prohibentur. Ideo ibi lector remittitur.

Pro concluſione huius capituli artis filium commonemus, vt tandem aliorum experimentis diſcat, & ſibi in animo hoc argumentum fingat, quòd cum videat infinitos ferè laborantes in omnibus mineralium generibus, infinitis operationibus, & modis, nec vnquam iuſtum terminum eos attigiſſe cognoſcat, concludat, quod certè error illorum eſt in principijs neceſſarijs, & in fundamento totius

ar-

artis. Quod, & Bernardus Comes de ſe narrat, aitquè per totum ferè mundum iter feciſſe, & non niſi Sophiſticos artiſtas inueniſſe nunquam in debitis materialibus laborantes, quæ materialia ibì nominat tanquam inutilia, & in hoc opere vana. Vnde fatendum eſt aliam eſſe viam, aliam materiam, quam comunis occulus cernere non valet: Et ſi materia eſſet nota poſt varios errores tandē modum, quo illam tractare debent inuenirent; Sed contrarium potiùs cognoſcimus in hoc caſu, dum de errore in errorem, nunquam poſſibile eſt eis ſe extricare, nec minimū luminis cernere. Mineralia enim, & metalla ſemper præ manibus tractant, & neſciunt, quæ ſint viua, quæuè mortua; quæ ſana, aut quæ infirma, & ſic ex hac ignorantia noui errores ſemper creſcunt, vt miſeri in deſperationem ſe ipſos adulando, alios falli tentant.

IX.

IX.

Tanti miſti à che pro? L'alta ſcienza
Solo in vna radice
Tutto reſtringe il magiſterio noſtro.
Queſta, che già qual ſia chiaro u'hò moſtro
Forſe più, che non lice,
Due ſoſtanze contien, c'hanno vna eſſenza.
Soſtanze, che in potenza
Sono argento, e ſono Oro, e in atto poi
Vengono, ſe i lor peſi vguagliam noi.

CAPVT NONVM.

CVm Auctor hoc in loco de ęqualitate ponderum loquatur, & nobis congruum videtur vltrà id, quod ſupra diximus vlteriùs fideliter demonſtrare ſtudioſo, & induſtri artifici. Lance trutinare rerum

rum pondera non eſt naturæ munus, verum propium artis. Sed cũ natura habeat ſua pondera, & ea obſeruet, vt in ſuperiori ſeptimo capite declarauimus; eadem doctrina certiores facti didicimus ad eius ſimilitudinem noſtra pondera trutinare,& æquare,vti natura facit,purificatione,ſcilicet, & attrahactione; Vnde poſtquam noſtras ſubſtantias purificauimus,& ab eſſe terreſtri,& fæculento ad ætheris puritatem euheximus,eodem momento, per attrahationis vim,elementa dicta ponderamus tali æquata lance,vt in aere librata elementa permaneant, ſine vlteriori periculo, vt vna pars ſuperet in ſuo pondere aliam. Elementum vnum cum in ſua virtute alteri eſt æquatum ſic,vt fixi,a natura volatili non ſuperetur, nec iſta ab illa figatur,tunc oritur ex hac harmonia iuſtum pondus,& perfecta per. mixtio.Hæc ponderum adæquatio in auro vulgari eſt manifeſta, per
quam

quam elementorum virtutes, ſine vlla tyranide in eius regno in quiete permanent, & vnita eorum virtus fortior eſt contrarijs elementorum qualitatibus, ab extra prouenientibus, reſiſtere. Vndé ſimilitèr in noſtro opere, quando eſt æquata talis permixtio, tunc aurum verè viuum eſt Philoſophorum, eò quòd vita in eo abundantiùs vigeat, quã in auro vulgari: eſt enim illud ſpiritibus turgentius, vt potiùs Mercurius, quam ſulphur dici mereatur, & hæc ſufficiant de ponderibus.

X.

Si, che in atto ſi fanno argento, et oro.]
Anzi vguagliate in peſo
La volante ſi fiſſa in ſolfo aurato.
O Solfo luminoſo, Oro animato
In te del Sole acceſo
L'operoſa Virtù riſtretta adoro.
Solfo tutto teſoro,
Fondamento de l'arte, in cui natura
Dicoce l'Or, che in Eleſſir matura.

C A-

CAPVT DECIMVM.

DE Virtute ſulphuris Philoſophici,ſeù lapidis occulti multi varia ſcripſere; Verum quia in hac parte veritatem non obuelarunt, immò quãto dilucidiùs poteſt manifeſtarunt;ideò lectione huiuſmodi librorum Lector ſufficientem inſtructionẽ acquirere poterit: Cum ſit humidum rerum radicale calidi innati facultate veſtitum, & ornatum tali,ac tanta,vt mira,& incredibilia poſſit operare, & in tribus regnis potentiſſimæ per illud energiæ, & virtutes demonſtrari poſſint. Quid in animalibus valeat,ſupra ſufficienter dictum eſt: In vegetabilibus autem credendum eſt per eum ita poſſe vegetabilium virtutes intendi, vt arbor fructus ferat ter, vel quater in anno ſine ſui detrimento,immò validiori actione; dum Sol ſit terrenus,qui radios fœcundiſſimos ex ſe indeſinenter diffun-

fundit, eorum naturam ità confortãs, vt in centuplum videatur multiplicata: Didicerunt Agricolæ ſemel in menſe recipere roſas, quas ſua induſtria in virtute confortarunt vltra terminum aſſuetũ: Vndè nil mirùm erit hac vberiori confortatione, & alia quæuis, eodem, & maiori augmento creſcere, & multiplicari. In mineralibus, & cur maiora non præſtabit cum iſta ſint ſuæ fixæ naturæ magis affinia? immò mirabiliora, quàm ab Auctoribus promittuntur; quia multi eorum, aut neſcierunt, aut ſilentio abſconderunt. At ſcienti Artifici poſſibile erit per hoc arcanum vires rerum ità intendere, vt mirabiles videantur, & operationes quaſi ſupranaturales, ſi iuxtà ſympaticas qualitates, inſtrumentum ſuum accomodent.

Quod de Vitro dicitur, vt per hunc lapidem malleabile reddatur eſt cognitu incertum, attamen ratiocinando poſſibile: maleatio idest

cx-

extenſio conſiſtat in oleitate fixa, & radicali, quæ partes cōglutinat, & per minima vnit, qua oleitate lapis pretioſus abundat. Vndè, cum Vitrum ſit puriſſima terræ, & aquę pars humido ſuo radicali priuata; vt in capitulo de Mercurio dictum eſt, nil mirùm, ſi adaucto ſuo humido partes eius conglutinentur, & vnum quid homogeneum puriſſimum producant. Innumeri poſſunt hac via miraculi oriri, naturalis magiæ veri effectus, & ab ignorantibus arte dæmonum producti exiſtimati, ſed nefas, & ſacrilegum eſt, quæ naturæ, & Auctori naturæ debentur, immundo illi ſpiritui donare.

Epilogi loco Lectorem benignum admonemus, vt ſi hæc noſtra legat curioſitatis gratiâ, aut diſcendi cupiditate, eius otio ſcripta hæc donamus, vt iuxta ſpiritum intelligentiæ ſuæ fructum doctrinæ acquirat, quam deſiderat, & illi Deus dignatur concedere: & ſciat,

quod

quod omne bonum à Patre luminum, & quòd ſcriptum eſt, in maleuolam animam non intrare ſapientiam: etiamſi intellectum acutiſſimum, & doctrinam profundiſſimam habuerit nihil ei iuuaret, nì Altiſſimus gratìs hoc donum concedere voluerit, & eius deuotas, ac puras petitiones exaudire: & ſi ſine vera ſcientia accedit, ſine fructu reccedet. Proteſtamur etiam, vt ſi quid ſupra contra Catholicam, & Chriſtianam religionem ſcriptum fuerit, aut obuelatum, prò nihilo, & non ſcripto haberi. Fidem noſtram proteſtamur, & lumen noſtrum pandimus. Punctus Iſte Niuei. Sed iſte eſt punctus Philoſophi, vt in Chriſti Redemptoris lege ambulet, & ſuper omnia Deum Iudicem timeat.

F I N I S.

INDEX
MATERIARVM,

Quæ in hoc libello continentur,

Quid ſit lapis Philoſophorum in genere, & de eius virtutibus ad longæuam ſanitatem conferendam. In Proemio.

DE creatione Mundi atque eius centro ſeu baſi. pag. 2. 3. 4
De primo materiali principio mūdi. 6
de ſpermatis, & ſeminis rerū ſimilitudine cū illo primo principio. 7. 8
de ordine locutionis in Sacrata Geneſi à Moyſe prolato. 10. 11. 12
de ſtatu primi chaotis. 13
De lucis creatione. 15
De tranſmiſſione ſpiritualium ſpecierum cuiuslibet corporis. 16. 17
de corporū cæleſtium luminoſorum, & ſpecialiter corporis Lunaris creatione. 18. 19
Quid propiè cælum & de eius loco, & nu-

K

numero, & de duplici aquarum genere. 23.24
De materia ſtellarũ, & de vanitate Aſtrologorum. 26.27
De pondere, & motu corporum luminoſorum. 28.29
de cælorum diſtinctione. 30.31
de aquis ſuperioribus an madefacient. 32
de materia firmamenti, ſeu cæli. 33
De inferioribus aquis, & de elementorum productione. 35.36
De ſulphuris generatione, & ſalis comunis, ac de ventorum ortu. 37
De ſalſedine maris, & cauſa turbinum æſtuſque eius. 38.39
de ſubiecti Philoſofici laude, ac verorum Philoſophorum, & de eorum operationibus in lapide componendo. 41.42.43
de errore laborantium cum mercurio vulgi. 45.46.47
de corpore ſubiecti Philoſofici, ſeu chaos dictum. 47.48.49
De methaphoricis locutionibus Philoſophorum. 49.50
de

De Mercurij Philoſophici duplici motu, & natura eius duplici. 52.53
De triplici humiditate in quolibet corpore, & earum nominibus. 55 uſque ad 61.
De quadruplici nominum mercurij diuiſione. 61.62.63
De Sigillo Hermetis. 65.66.67
De ortu lapidis, & numero ſeptenario. 67.98.69
De nutritione ſeu augmentatione lapidis. 70.uſque ad 75
De ſublimatione Philoſofica, & quid & de Vaſe. 78.79.80
De inuidia aliquorū Philoſophorum, & eorum pernicioſo fructu. 81.uſque ad 88.
Reſponſio Commentatoris ad Poetam Auctorem. 89
De errore laborantium in auro vulgi. 92.uſque ad 97.
De errore laborantium cum argento viuo vulgi pro ſoluente. 97.98.99
Auro, & argento viuo vulgi propiū agens deeſt vnde inutilia. 99.100.101

[illegible] partis
[illegible]
[illegible] 125
[illegible] de Fi-
[illegible] 109.110
[illegible] 111
[illegible]
[illegible] 112.113
[illegible]
[illegible] 122
[illegible] 123
[illegible] 124.125
[illegible] locis
[illegible] in mi-
[illegible] 129.130
[illegible] 131
[illegible] & quæ
[illegible] Mercurii
[illegible] 135
[illegible] multiplicatione
[illegible] 137.138.
de

de terra Phiſica, & eius cultura. 139.140
de calore naturali, & eius motu. 141. 142.143
de aquis fortibus, & earum natura in opere damnata. 144.145
de potentia auri. 147.148
de igne naturæ, & eius nutritione. 149.150
de ſemine, & eius generatione, & multiplicatione naturali. 151 *vſque ad* 156.
de ſemine, & ſpermate vegetabiliũ, & eorum nutritione ac multiplicatione. 156. *vſque ad* 160
de ſemine, & ſpermate metallorum. 161.162.163
de putrefactione ſeminum, & eorum matricibus. 165.166
de erroribus laborãtium præcipuè in eorum aquis ſoluentibus. 168. 169.170.
quid artifici neceſſarium. 171
de tribus Solutionibus Philoſophorũ. 172.173.174
de igne ſecreto quo vtitur natura de

eius

perantibus Philoſophis, laborandum erit, & in eo inſudandum.

Similiter laborantes in cœteris metallis, maximè errant in electione propinquioris, & debitæ materiæ, quæ cum ſit vna, non debet quis nimis ſcrupuloſa indagine variare, aut amalgamatione, aut alia vana permixtione. Verùm quia ſuperius dictum eſt de eorum generatione, & eorum imperfectionum cauſa, per quam in opere prohibentur. Ideo ibi lector remittitur.

Pro concluſione huius capituli artis filium commonemus, vt tandem aliorum experimentis diſcat, & ſibi in animo hoc argumentum fingat, quòd cum videat infinitos ferè laborantes in omnibus mineralium generibus, infinitis operationibus, & modis, nec vnquam iuſtum terminum eos attigiſſe cognoſcat, concludat, quod certè error illorum eſt in principijs neceſſarijs, & in fundamento totius

ar-

artis. Quod, & Bernardus Comes de ſe narrat, aitquê per totum ferè mundum iter feciſſe, & non niſi Sophiſticos artiſtas inueniſſe nunquam in debitis materialibus laborantes, quæ materialia ibi nominat tanquam inutilia, & in hoc opere vana. Vnde fatendum eſt aliam eſſe viam, aliam materiam, quam comunis occulus cernere non valet: Et ſi materia eſſet nota poſt varios errores tandē modum, quo illam tractare debent inuenirent; Sed contrarium potiùs cognoſcimus in hoc caſu, dum de errore in errorem, nunquam poſſibile eſt eis ſe extricare, nec minimū luminis cernere. Mineralia enim, & metalla ſemper præ manibus tractant, & neſciunt, quæ ſint viua, quæuè mortua; quæ ſana, aut quæ in firma, & ſic ex hac ignorantia noui errores ſemper creſcunt, vt miſeri in deſperationem ſe ipſos adulando, alios falli tentant.

IX.

I X.

Tanti miſti à che pro? L'alta ſcienza
Solo in vna radice
Tutto reſtringe il magiſterio noſtro.
Queſta, che già qual ſia chiaro u'hò moſtro
Forſe più, che non lice,
Due ſoſtanze contien, c'hanno vna eſſenza.
Soſtanze, che in potenza
Sono argento, e ſono Oro, e in atto poi
Vengono, ſe i lor peſi vgagliam noi.

CAPVT NONVM.

CVm Auctor hoc in loco de equalitate ponderum loquatur, & nobis congruum videtur vltrà id, quod ſupra diximus vlteriùs fideliter demonſtrare ſtudioſo, & induſtri artifici. Lance trutinare re-

rum

rum pondera non eſt naturæ munus, verum propium artis. Sed cũ natura habeat ſua pondera, & ea obſeruet, vt in ſuperiori ſeptimo capite declarauimus; eadem doctrina certiores facti didicimus ad eius ſimilitudinem noſtra pondera trutinare,& æquare, vti natura facit, purificatione, ſcilicet, & attrahactione; Vnde poſtquam noſtras ſubſtantias purificauimus,& ab eſſe terreſtri,& fæculento ad ætheris puritatem euheximus, eodem momento, per attrahationis vim, elementa dicta ponderamus tali æquata lance, vt in aere librata elementa permaneant, ſine vlteriori periculo, vt vna pars ſuperet in ſuo pondere aliam. Elementum vnum cum in ſua virtute alteri eſt æquatum ſic, vt fixi, a natura volatili non ſuperetur, nec iſta ab illa figatur, tunc oritur ex hac harmonia iuſtum pondus,& perfecta permixtio. Hæc ponderum adæquatio in auro vulgari eſt manifeſta, per

quam

quam elementorum virtutes, ſine vlla tyranide in eius regno in quiete permanent, & vnita eorum virtus fortior eſt contrarijs elementorum qualitatibus, ab extra prouenientibus, reſiſtere. Vndé ſimilitèr in noſtro opere, quando eſt æquata talis permixtio, tunc aurum verè viuum eſt Philoſophorum, eò quòd vita in eo abundantiùs vigeat, quã in auro vulgari; eſt enim illud ſpiritibus turgentius, vt potiùs Mercurius, quam ſulphur dici mereatur, & hæc ſufficiant de ponderibus.

X.

Si, che in atto ſi fanno argento, et oro.
Anzi vguagliate in peſo
La volante ſi fiſſa in ſolfo aurato.
O Solfo luminoſo, Oro animato
In te del Sole acceſo
L'operoſa Virtù riſtretta adoro.
Solfo tutto teſoro,
Fondamento de l'arte, in cui natura
Dicoce l'Or, che in Eleſſir matura.

C A-

CAPVT DECIMVM.

DE Virtute ſulphuris Philoſophici,ſeù lapidis occulti multi varia ſcripſere; Verum quia in hac parte veritatem non obuelarunt, immò quãto dilucidiùs poteſt manifeſtarunt;ideò lectione huiuſmodi librorum Lector ſufficientem inſtructionẽ acquirere poterit: Cum ſit humidum rerum radicale calidi innati facultate veſtitum, & ornatum tali,ac tanta,vt mira,& incredibilia poſſit operare, & in tribus regnis potentiſſimæ per illud energiæ, & virtutes demonſtrari poſſint. Quid in animalibus valeat,ſupra ſufficienter dictum eſt: In vegetabilibus autem credendum eſt per eum ita poſſe vegetabilium virtutes intendi, vt arbor fructus ferat ter, vel quater in anno ſine ſui detrimento,immò validiori actione; dum Sol ſit terrenus,qui radios fęcundiſſimos ex ſe indeſinenter dif-

fun-

fundit, eorum naturam ità confortās, vt in centuplum videatur multiplicata: Didicerunt Agricolæ ſemel in menſe recipere roſas, quas ſua induſtria in virtute confortarunt vltra terminum aſſuetũ: Vndè nil mirùm erit hac vberiori confortatione, & alia quæuis, eodem, & maiori augmento creſcere, & multiplicari. In mineralibus, & cur maiora non præſtabit cum iſta ſint ſuæ fixæ naturæ magis aſſinia? immò mirabiliora, quàm ab Auctoribus promittuntur; quia multi eorum, aut neſcierunt, aut ſilentio abſconderunt. At ſcienti Artifici poſſibile erit per hoc arcanum vires rerum ità intendere, vt mirabiles videantur, & operationes quaſi ſupranaturales, ſi iuxtà ſympaticas qualitates, inſtrumentum ſuum accomodent.

Quod de Vitro dicitur, vt per hunc lapidem malleabile reddatur eſt cognitu incertum, attamen ratiocinando poſſibile: maleatio i deſt

extenſio conſiſtat in oleitate fixa, & radicali, quæ partes cōglutinat, & per minima vnit, qua oleitate lapis pretioſus abundat. Vndé cum Vitrum ſit puriſſima terræ, & aquæ pars humido ſuo radicali priuata; vt in capitulo de Mercurio dictum eſt, nil mirùm, ſi adaucto ſuo humido partes eius conglutinentur, & vnum quid homogeneum puriſſimum producant. Innumeri poſſunt hac via miraculi oriri, naturalis magiæ veri effectus, & ab ignorantibus arte dæmonum producti exiſtimati, ſed nefas, & ſacrilegum eſt, quæ naturæ, & Auctori naturæ debentur, immundo illi ſpiritui donare.

Epilogi loco Lectorem benignum admonemus, vt ſi hæc noſtra legat curioſitatis gratiâ, aut diſcendi cupiditate, eius otio ſcripta hæc donamus, vt iuxta ſpiritum intelligentiæ ſuæ fructum doctrinæ acquirat, quam deſiderat, & illi Deus dignatur concedere: & ſciat,

quod

quod omne bonum à Patre luminum, & quòd ſcriptum eſt, in maleuolam animam non intrare ſapientiam: etiamſi intellectum acutiſſimum, & doctrinam profundiſſimam habuerit nihil ei iuuaret, nì Altiſſimus gratìs hoc donum concedere voluerit, & eius deuotas, ac puras petitiones exaudire: & ſi ſine vera ſcientia accedit, ſine fructu reccedet. Proteſtamur etiam, vt ſi quid ſupra contra Catholicam, & Chriſtianam religionem ſcriptum fuerit, aut obuelatum, prò nihilo, & non ſcripto haberi. Fidem noſtram proteſtamur, & lumen noſtrum pandimus. Punctus Iſte Niuei. Sed iſte eſt punctus Philoſophi, vt in Chriſti Redemptoris lege ambulet, & ſuper omnia Deum Iudicem timeat.

FINIS.

INDEX
MATERIARVM,

Quæ in hoc libello continentur.

Quid ſit lapis Philoſophorum in genere, & de eius virtutibus ad longæuam ſanitatem conferendam. In Proemio.

DE *creatione Mundi atque eius centro ſeu baſi.* *pag.* 2.3.4
De primo materiali principio mũdi. 6
de ſpermatis, & ſeminis rerũ ſimilitudine cũ illo primo principio. 7.8
de ordine locutionis in Sacrata Geneſi à Moyſe prolato. 10.11.12
de ſtatu primi chaotis. 13
De *lucis creatione.* 15
De *tranſmiſſione ſpiritualium ſpecierum cuiuslibet corporis.* 16.17
de corporũ cæleſtium luminoſorum, & ſpecialiter corporis Lunaris creatione. 18.19
Quid propiè cælum & de eius loco, & nu-

K

numero, & de duplici aquarum genere. 23.24
De *materia ſtellarũ, & de vanitate Aſtrologorum.* 26.27
De *pondere, & motu corporum luminoſorum.* 28.29
de cælorum diſtinctione. 30.31
de aquis ſuperioribus an madefacient. 32
de materia firmamenti, ſeu cæli. 33
De *inferioribus aquis, & de elementorum productione.* 35.36
De *ſulphuris generatione, & ſalis comunis, ac de ventorum ortu.* 37
De *ſalſedine maris, & cauſa turbinum æſtuſque eius.* 38.39
de ſubiecti Philoſofici laude, ac verorum Philoſophorum, & de eorum operationibus in lapide componendo. 41.42.43
de errore laborantium cum mercurio vulgi. 45.46.47
de corpore ſubiecti Philoſofici, ſeu chaos dictum. 47.48.49
De *methaphoricis locutionibus Philoſophorum.* 49.50
de

De Mercurij Philoſophici duplici motu, & natura eius duplici. 52.53
De triplici humiditate in quolibet corpore, & earum nominibus. 55 usque ad 61.
De quadruplici nominum mercurij diuiſione. 61.62.63
De Sigillo Hermetis. 65.66.67
De ortu lapidis, & numero ſeptenario. 67.98.69
De nutritione ſeu augmentatione lapidis. 70.uſque ad 75
De ſublimatione Philoſofica, & quid & de Vaſe. 78.79.80
De inuidia aliquorũ Philoſophorum, & eorum pernicioſo fructu. 81.uſque ad 88.
Reſponſio Commentatoris ad Poetam Auctorem. 89
De errore laborantium in auro vulgi. 92.uſque ad 97.
De errore laborantium cum argento viuo vulgi pro ſoluente. 97.98.99
Auro, & argento viuo vulgi propiũ agens deeſt vnde inutilia. 99.100.101

De *Vapore elementorum ſeu ſpiritu vniuerſali a quo omnia nutriuntur* 104.*usq; ad* 107

de vacuo quod non poſſit dari. 105 106

de generatione metallorum,& de Vitriolo naturæ . 108.109.110

de argenti viui generatione. 111

de vanitate laborantium in metallis dum adhuc in mineris. 112.113

de auro viuo, & ſulphure naturæ. 114.*usque ad* 119

de fulminis generatione. 120.121.122

de fulminis vario effectu. 123

de puluere pyrio, & aureo. 124.125

de ſulphure Philoſofico, & eius loco. 126.127.128

Cur Philoſophi lapidem ſuum in mineralibus quærerent. 129.130

de mercurio Philoſophico. 131

de amalgamatione Phiſica, & quæ 132.133.134.

de nominibus aliquibus Mercurii Philoſophici. 135

de extractione, & multiplicatione ſulphuris Philoſophici. 137.138. 139

de

de terra Phiſica, & eius cultura. 139.140
de calore naturali, & eius motu. 141.142.143
de aquis fortibus, & earum natura in opere damnata. 144.145
de potentia auri. 147.148
de igne naturæ, & eius nutritione. 149.150
de ſemine, & eius generatione, & multiplicatione naturali. 151 vſque ad 156.
de ſemine, & ſpermate vegetabiliū, & eorum nutritione ac multiplica tione. 156. vſque ad 160
de ſemine, & ſpermate metallorum. 161.162.163
de putrefactione ſeminum, & eorum matricibus. 165.166
de erroribus laborãtium præcipuè in eorum aquis ſoluentibus. 168. 169.170.
quid artifici neceſſarium. 171
de tribus Solutionibus Philoſophorū. 172.173.174
de igne ſecreto quo vtitur natura de eius

eius virtute, & loco. 178. *uſque ad* 186.
de cauſa edacitatis temporis. 179 180
de appetentia concubitus in animalibus. 182. 183
de ignis ſtructura. 186
de tribus ignium ſpeciebus. 188. 189. 190
de vnitate ſubiecti ſeu materiæ Philoſophicæ. 191
de iſto ſubiecto Philoſofico, de loco, et ſagaci eius deſcriptione. 192 *vſque ad* 196.
de breuiloqua lapidis practica. 197 198. 199
de vnitate compoſiti Phiſici, ratione, demonſtrata. 201. 202
de erroribus laborantium in diuerſis materijs ibi nominatis. 204. *vſque ad* 209
de occultis ponderibus Philoſophorũ. 211. 212
de varijs virtutibus lapidis Philoſophici. 213. 214. 215

Hæc

Hæc noſtra editio adeò inopinatè in lucem edita, vt eius typica impreſſio ſolito, & diligenti correctionis examini locum non admiſerit, vndé errores notabiliores in tali caſu occurrentes, præſenti pagina oculis omnium offerimus.

Errores.	*Correctiones.*
In *præfatione*	
Pag. 3. lin. 18 à mors	à morſu
In *Itallieo metro*	
Pag. 7. lin. 8 voi vi apprẽdete	voi m'apprendete
In *Proemio.*	
10. 4 debilitare	debilitara
25. 6 medicinam	medicina
25. 8 medicina	medicinam
26. 7 facnltas	facultas
29. *bis repetitum per totum*	*vnde adimendum*

pag.

Pag. 7. 16 Sed ab iſti	ſed àb iſtis
In Theorica	
Pag. 2 20 delclaratione	declaratione
5 16 Symbolizat	Symbolica eſt
6 3	ſphera
6 11 inſano dubitabili:	inſanó aut dubitabili
9.18 Cahotico	Chaotico
10.17 Caoticum	Chaoticum
11.24 Caos	Chaos
12. 8 Caos	Chaos
12.26 tenebroſiſſima	tenebroſiſſimę
13. 1 Caos	Chaos
15. 4 icto	ictu
15. 6 Caoticum	Chaoticum
15. 9 Coos	Chaos
17. 2 Cognoſcitur	cognoſcuntur
18.14 Maieſtati	maieſtatis
21.14 harmonicũ, opus	harmonicum opus,
21.24 incompræſibilia	incompręhenſibilis
22. 1 deueniemus	deueniamus.
22. 7 noctus a	noctua,
22.26 dicenda	diſcenda
23. 9 docetur	docet
24.16 aſcenderent	aſcenderet
24.24 Qui aliud	Quid aliud
25.26 oculi,	occulis
26.18 Chao	Chaos

26

26.25	lumine eas	lumine
27.23	obtinuere ſitu,	ſitu, obtinuère
28. 3	tr an	tran-
28. 5	gubernationemque	gubernationeque
28. 5.6.	Intelligentiæ ſibi aſſignatæ	Intelligentiarũ ſibi aſſignatarum
35. 17	eis	ei
36. 9	luci	lucis
37. 15	exitus	exitui
38. 8	exhalationis	exhalationes
39. 4	hæc	hæ
52. 12	luminoſumque	luminoſorumque
55. 1	propia	propio
60. 22	aquæ ſpeciẽ	aquæ ſpecie
61. 17	habeatur	habetur
68. 14	perfectè	perfectę
71. 1	ſpiritualior eo facilior	ſpiritualius eo faciliùs
73.	*per totum bis*	*repetitum unde adimendum*
90. 8	quæ	quam
98. 3	ininus	munus
106. 26	continere	conſeruare
111. 8	Separatum	ſepatatus
112. 7	comprehenditur	depræhenditur

124	26	curauerint	curauerunt
125.	2	conſpicuè	conſpicuæ
126.	9	natnra	natura cognita
126.	9	hi	eſt illi
144.	26	ſed igne illis	ſed ignis ille
150.	4	couſumptum	conſumptum
169.	15	dicuutur	dicuntur
180.	17	cadeuara	cadauera
209.	17	ncc	nec
215	1	conſiſtat	conſiſtit

AΦ1
1456236